CONC. NAZ.
PROV. DIOC.
162
B
28.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EM[illegible]ELE III
162
B
28

Digitized by Google

Digitized by Google

108
B
15

Digitized by Google

CONSTITVTIONES,
ET DECRETA
DIOECESANAE SYNODI
in Metropolitana Eccleſia Compſana celebrata die XIX. Octobris. M.D.XCVII.

AB ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D.
SCIPIONE GESVALDO
EIVSDEM ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO.



B R

NEAPOLI,

Apud Io. Iacobum Carlinum Typographum Curiæ Archiepiſcopalis. M D C.

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

ALPHONSO GESVALDO

EPISCOPO OSTIENSI,

SACRI COLLEGII DECANO,

ET NEAP. ARCHIEPISCOPO

S. R. E. Cardinali Ampliſſimo.

SCIPIO GESVALDVS

Archiep. Compſanus felicitatem perpetuam.

ONVS etiam Angelicis humeris formidandum Cardinalis Ampliſſime mihi licet immerito impoſitum , animo ſæpè repetẽs, deq; ratione delictorum à grege mihi commiſſo mea, vel negligentia, vel nimia ndulgentia perpetratorum in conſpectu Dei reddenda, cogitãs nihil mihi omnino antiquius cẽſui, quã oues meæ fidei concreditas ad æternæ vitæ pabulum ducere, atq; in hoc tua ipſius à longè veſtigia inſectari : tanta enim religioue, animi integritate, ac vitæ ſanctimonia refulges, vt Epiſcoporum, ac prçſulum omnium regula vita tua exiſtat: Tu recte viuendo, non ſolum bene viuẽdi normulam præſtas, ſed & ea, qua emines auctoritate, in-

noxiè viuere cogis, eſq; poſitus in hoc ſummo faſtigio, veluti quoddam micantiſſimum ſidus, & virtutum omnium exemplar nitidiſſimũ, ad quod tum Principes, tum Præſules, tum cæteri quoque mortales vitam ſuam componant, inſtituantque. Mihi autẽ tam grauis oneris magnitudine preſſo, rationem tanti muneris reddituro illud occurrit, commiſſum gregem non poſſe ſine aliquo ſanctionum moderamine gubernari; pro cuius regimine, etſi à prædeceſſoribus nonnulla ſumma prudẽtia inuenerimus conſtituta, quoniam terra hæc originalis culpę fomite maculata, ſpinas, nouoſq; tribulos ferre non ceſſat, vt peſtem de nouo ſurgentẽ, nouus medendi modus expurget, conſtitutiones, coacta Synodo promulgãdas curaui, vtq; illę omnes, quo fieri potuit accuratius, in vnum redigãtur laboraui: At quoniam præconis vox paucis (vt dicitur) innoteſcit, ne vllus ſit ignorantiæ, excuſationiq; locus, & vt piæ mẽtis cæteri noſtræ diligentiæ perfruantur effectu, illas ſic rudes, vt conſcriptæ ſunt in lucem emittere decreui. Tibi vero hoc munus offero Illuſtriſſime Antiſtes, exiguum certe, ſi ex tua dignitate pendatur, magnũ tamen, ſi ex animo meo ſpectetur: nec enim alteri illud dicare decet, tum alius cum nemo ſit, cuiquàm tibi magis debeam, cum etiã vt tui ampliſſimi nominis præſertim ſplendore libellus hic decora-

cora-

coratus, ac veluti Aiacis clypeo tectus, aliorum Iuditium libenter ſubire non vereatur, qui tanta proculdubio es auctoritate, vt cunctis placitura non dubitem, qualiacunq; probaueris, & merito dici poſsit, vbi leo pedem tenet cætera animalia quieſcunt, nam ſicut gradus ſublimitate præfulges, ita omni virtutum genere, & exornatum vndiq; video, vt prætercam cæteras animi dotes locupletiſſimas, quæ in te cumulatiſſime cõſpiciuntur. Quare cum humanitatis clementiæ, ac diſciplinæ exemplar ipſe ſis, & rem non ex qualitate, ſed ex offerentis beneuolentia extimes, vna cum animi affectu benignus accipe, quæ ſi hilari fronte accepta inrellexero, maioribus vigilijs me accingam ea Illuſtriſſimę tuæ Amplitudini deſtinaturus. Vale.

SCIPIO GESVALDVS
ARCHIEPISC. COMPSANVS
Vniuerſo Clero, Populo, & Diœceſi Compſanæ. S. P. D.

PROFECTO' *ita ſemper perſuaſum habui, quibuſcunq́; in rebus vtilitati, dignitati, ſaluti veſtræ ſtuderem, in ijſdem me vno tẽpore de non minima parte Chriſtianæ religionis benemereri, pro qua ſi opus ſit, ſanguinem ipſum profundere parati eſſe debemus. Etenim cum legum obſeruantia, ordo vniuerſus, tamquam domus fundamento nitatur, obſeruari autem nequeant leges, niſi cognoſcantur, ut autem cognoſcantur, eas præ manibus, ac præ oculis dies, noctesq́ue ſi fieri poſſit, habere oporteat, quis tam eſſet rerum ignarus, qui non videret antiquis exemplaribus veſtrarum legum partim diuturno, contrarioq́ue abuſu contritis, partim ex nouis legibus abolitis, omninò neceſſariũ fuiſſe de noua legum promulgatione cogitare, vt haberetis eas quaſi ſpecular ante oculos, ad quas vitam, moresq́ue veſtros, vt par eſt conformare, atq́ue expolire poſſitis? quod quidem animi noſtri inſtitutum, iam ab ipſo Archiepiſcopatus ingreſſu conſtanter ſuſceptum, ne executioni mandaretur, multæ iuſtiſſimæ cauſæ prohibuerunt: nam cum multa, & varia ſint, quæ ad noſtrũ hoc onus ſpectant, neceſſe quidem habuimus multiplicem*

tiplicem ſollicitudinem ſuſcipere, quæ officium maximopere impediunt, quod huic Synodo celebrandæ præſtandum nobis erat diligenter: oportebat quoque vultum pecoris prius agnoſcere, ſubditorum mores, vitamque diſquirere, ac perſcrutari, ne in grege ipſo gubernando, & ſecundum Deum inſtituendo, aut temerè à nobis quicquam committi, aut negligenter omitti videretur; ad quæ omnia præ meditanda, & conficienda diuturniori ſanè, quàm inſumpſimus, tempore opus eſſe nemo eſt, qui non videat. Sed hanc noſtram Diœceſanam Synodum non duximus diutius protrahendam, ne ipſius Concilij Trident. decretis, quorum executioni potiſſimum ſtudemus, minus obtemperare videremur, in quâ Synodo ea fuerunt vigili, ac pio corde ſtatuta, quæ oues noſtras ab inſtantibus malis, emundent, à luporum tueantur incurſu, contagia pellant, illaſque dirigant, vt per viam ſalutis incedant: At quia patres amor docet in filios eſſe ſeueros, paternus nos induxit affectus, pænarum baculum contra rebelles, quas nunquam inter ipſos reperiri gaudebimus, comminari, vt quos ad bonitatem non amor virtutis accendit, flagelli terror à malorum executione retardet, & vbi eos nouerimus à recto tramite deuiantes rãcore, odio, quæſtu, omniq́ue tyramnidis ſuſpitione remota noſtra ſeueritas emendabit, arguet, increpabit, nec vnquã à monitionibus, conſilijs, cæteriſque gregi noſtro opportunis remedijs vigilantia noſtra (debito exigente) deſiſtet, pro veſtræ denique ſalutis bono nec nos laboris immenſitas, nec mortis terrebit aſperitas, cum noſtri etiam ſanguinis effuſio vobis iudicabitur pro futura. Hæc ſunt fratres, ac filij

ama-

amatiſſimi inſtituta, quibus ſtatus veſter omniũ quibus regimen, pax quies, vtilitas, exiſtimatio, ſalus, & vita veſtra continetur. Hæ ſunt leges quibus vos feliciſſimo illo die, quo ſacri ordinis habitum induiſtis, inuiolabili obedientiæ vinculo obligaſtis: hoc volumen in ſinu ferre, in manibus, in ore, in oculis habere laudabile fuerit, legere ſæpius, ac relegere iucundũ, ſcrutari, & meditari perutile. Porrò vnum eſt neceſſarium, quæ ſcripta ſunt, opere, & actione impleri: nimirum hæc vobis eſt iuſtitiæ ſemita, in qua ſapiens dicit eſſe vitã: per hanc ſi gradiemini non declinantes, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram; proculdubio ad ſummum illud beatitudinis faſtigium peruenietis, de qua idem Salomon ait, qui cuſtodit legem beatus eſt. Beatos vos faciat Deus, ſine quo non modo perficere, ſed ne cogitare quidẽ (vt ait Apoſtolus) poſſumus aliquid à nobis, quaſi ex nobis. Valete.

Digitized by Google

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

NOS Scipio Geſualdus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Compſanus Diœceſanæ Synodo celebrandæ inhærentes, viſitatione Eccleſiarum noſtræ Diœceſis peracta, hæc ad diuini cultus augmentum, Eccleſiarum regimen, ſacramentorum adminiſtrationem, & animarum ſalutem ſtatuimus, & decernimus.

DE SYNODO DIOECESANA.

LEGITIMIS nos cauſis Diœceſanæ Synodi celebrationem hucuſq; differre, ac prorogare oportuit. Vt autẽ quæ à ſacris antea decretis, & demum à Trid. Conc. fuerunt de ea inſtituta, vt decet, quam diligentiſsimè exequamur, decernimus, & ſtatuimus, vt quotannis in poſterum Dominica ſecunda poſt Paſcha Diœceſana Synodus in noſtra Metropolitana Eccleſia cogatur. quod ſi eam rationabili

ex cauſa in aliud tempus aliquando proferri, ac protrahi contigerit, huic decreto, quod inuiolabiliter, perpetuoq; obſeruari mandamus, haud derogatum eſſe cenſeatur.

Ad Diœceſanæ ſynodi celebrationem ex Trid. Cōc. præſcripto exempti etiam omnes, qui alias exēptione ceſſante tenerētur, ſi nec generalibus capitulis ſubduntur, nedum noſtræ iuriſdictioni ſubiecti, & qui ex conſuetudine alias obſtricti eſſent, legitimo ceſſante impedimento, de quo nos canonicè doceant, omnino conueniant. In qua inſuper parochialium Eccleſiarum ratione, illarum curam gerētes, quicunq; illi ſint, intereſſe debere indicimus.

Querelas, & grauamina, vel excuſationes in eadem propoſituri, eas deſcriptas ad noſtrum Generalem Vicarium deferant, vt aptius neceſſitatibus conſulatur.

Proponēda autem niſi ob temporis anguſtiam, vel alias definientur, ab eodem generali noſtro Vicario extra ſynodum cognoſcantur, atq; ut iura mandauerint, terminentur.

Declaramus inſuper, atq; ſancimus ex loco omnibus hic præſentibus aſsignato, in ſedendo, incedendo

dendo, & quibuſcunq; alijs actibus huius ſynodi, nullum cuiq; fieri præiuditium, nec quidquã de iure, vel de eorum poſſeſsione detrahi, ſed illorum iura, & præcedentias omnes, vt ante huius ſynodi celebrationis initium reperiebantur, illæſas, & intactas permanere.

De profeſſione fidei.

QVicunq; Chriſtianum nomen profitetur vno cordis aſſenſu, ac oris cõfeſſione fateri debet, vnam ſanctã Catholicã fidem, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei, & Domini noſtri vnigenitus filius, dum in terris vitam mortalem ageret, verbo ſuo nos docuit, quamq; ſacroſancta Romana tenet Eccleſia, Eccleſiarumq; omnium mater, & magiſtra: Cumq; ſanctiſsimæ religionis, doctrinæq; chriſtianæ fundamentũ, fides ſit, omni opera, atq; induſtria, ſummoq; ſtudio celebrandum ſit, vt ea pura mente, atq; integra perpetuò conſeruetur, qua de cauſa in his noſtris ſynodalibus conſtitutionibus ab hac fidei vnitate exordiũ ſumentes, hæc ſtatuimus, & ordinamus.

Illam Pij quarti conſtitutionem de profeſsione fidei facienda, quam in hac ipſa ſynodo recitari voluimus, & nos iurati publicè hic præſtitimus, ac profeſsi ſumus, in reliquis etiam, quæ deinceps habebuntur promulgari, ac legi iubemus, vt ad præſcriptam eius conſtitutionis rationem, qui in ſynodum conuenire debent, iurati fidei profeſsionem conficiant, cuius formula in Pij quarti cōſtitutione in huius calce deſcripta refertur.

Vt infraſcripti omnes corā Nobis, aut noſtro Vicario generali eam fidei profeſsionem ex pontificia formula præſtent, modo alias non præſtiterint.

Qui de beneficijs curatis, de Canonicatibus, aut dignitatibus, ac de omnibus alijs quibuſcumq; in conſtitutione expreſsis prouiſi ſunt, & Canonici, anteqnam poſſeſsionem adipiſcantur, iterum in Capitulo id exequantur.

Qui publicè, vel priuatim, legendi, interpretandi, docendiq; munere funguntur, quicunque ſint, vel ſeculares, vel regulares, vel clerici, vel laici, etiam ſi in domo aliena viuant, & prima tantum grāmaticæ rudimenta tradant,

licet

Digitized by Google

licet id gratis præſtent.

Qui prædicandi officium obeunt, etiam ſi regulares ſint, & in Eccleſijs ſui ordinis concionētur, niſi legitimum teſtimonium exhibuerint, antea eam emiſiſſe.

De Hæreticis, ac Hæreſis crimine ſuſpectis.

NE infectio vnius ouis totum corrumpat ouile, & pauci deſtruant, quod multi ædificare conantur, omni ſollicitudine, ac diligenti inueſtigatione curent Parochi, vt prorſus ſua Parochia munda ſit, non ſolum ab omni labe, ſed etiam à quantulacunq; minima ſuſpicione hæreſis, & ſi quos (quod Deus auertat) falſo dogmate imbutos reperierint, ſtatim ſecreto, vel iudicialiter, vt magis expediens iudicabitur, eorũ nomina, & cognomina, ac patriam, cum notula illorum errorum, quibus ipſi obcæcati fuerint, Nos edoceant.

Vt verò ipſis Parochis pro viribus noſtris viam inquiſitionis contra tantos fidei noſtræ hoſtes aperiamus, quæ ſequuntur adnotent, ac diligẽter perpendant.

An

An quis in Eccleſia minus piè, ac religioſè, quam chriſtianum hominem decet, verſetur.

An Dominicis diebus, & feſtis, quis ad Eccleſiã venire contempſerit, dummodo habilis ſit, & legitimo impedimento non detineatur.

An quis ieiunia obſeruanda contemnat.

An quis per plures annos ſtatuto tempore non confiteatur, & communicet.

An quis excommunicatus excõmunicatione maiori, ſententiam excõicationis paruipendat.

An quis diebus Veneris, & Sabbati, & alijs ab Eccleſia interdictis ab eſu carnium non abſtineat ſine legitima cauſa, & ſine conſilio vtriuſque medici.

An quis in Deum, ac Sanctos veterata conſuetudine blaſphemias hæreticales ferat.

Hæc, & alia ſimilia ſigna exteriora iuuabunt, ad diſcernendum inter lupos, & agnos.

Verum ad impiorum dogmatum radices euellendas, omnibus, & ſingulis noſtræ Diœceſis hominibus, tum Eccleſiaſticis, tum laicis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ mãdamus, vt ſi nouerint aliquem peſtilentiſſima circa fidem opinione infectum, aut verba blaſphemiæ

in

in eam proferentem (omni poſt habita correctione) ad Nos ſtatim denuncient, ne tales, ceu lupi rapaces gregem Domini diſſipare molientes, clam ſuæ prauitatis venena conſpergant, & in via veritatis ambulãtes fallacibus ſermonibus in errorum laqueos inducant.

De Magia, Diuinationibus, & ſuperſtitionibus.

QVoniam magica ars, diuinationes, incantationes, ſuperſtiones, nõ procul à damnata hæreſi diſtant, ſumma cum diligẽtia vigilent Parochi, vt amoueantur à mala mente eorũ, qui profitentur ſeſe ex terra, aere, aqua, igni, ſortibus, ſomnijs, corporis lineamentis, & alijs huiuſmodi pura contingentia, & à libera hominum voluntate pendentia poſſe prædicere, morbos, arcanis quibuſdam à medicinæ ſcientia prorſus alienis depellere, furto ſubtracta indicare, ea, quæ alibi fiunt quaſi oculis cernant, referre.

Et illi maximè, qui ſacra Euchariſtia, vel alijs ſacramentalibus, ad huiuſmodi ſacrilegia, impiè abutuntur, ſeuerè corrigantur, ac puniantur.

Digitized by Google

Quicunq; prætereà talia facinora hæreſim præſeferentia exercuerint nobis notificētur, vt ſceleris tanti condignam caſtigationem reportent.

Viri illi, ſiue mulieres, qui verbis quibuſdam potius iocoſis, & ſcurrilibus, quam pijs cogitant, ac profitentur ſe tempeſtates poſſe repellere, imbres incitare, aues, ac alia animantia damnificantia à ſegetibus arcere, redarguantur, & ſi incorrigibiles permanſerint, nobis pariter denuncientur.

Deniq; curent Parochi, vt libri omnes, & ſcripta quibus huiuſmodi ſacrilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes magicæ artis continentur, vt ij etiam qui Geomantiæ, Hydromantiæ, Necromantiæ, Piromantiæ, Onomātiæ, Chiromantiæ, Aſtrologiæ, item Iudiciariæ ſunt, reijciantur, vel quamprimum ad manus noſtras deferantur, exceptis illis Aſtrologiæ libris, qui nauigationis, agriculturæ, medicæue artis iuuandæ gratia conſcripti ſunt.

Quo in genere videant omnes, ac potiſsimum Parochi, & Confeſſarij, vt nedum huiuſce perniciei radices extirpare diligentius ſtudeant, ſed etiam ſemina, e rudium ſinceræ pietatis animis

mis

mis radicitus euellant.

Orationibus igitur, Philacterijs, ſeu breuibus, ſcriptis, nominibus, ſignis, ad alicuius mali, vel morbi curationem, aut præſeruationem, niſi cognitis, & probatis, neminem vti permittãt, idq; longè grauius vetitum ſit in ijs ſcriptis, quæ in mẽbrana quam dicunt virgine, aut à puella incorrupta, aut alia quauis loci, temporis, rei, vel perſonæ vana obſeruatione adhibita literis exarata ſunt.

Imagines item, anulos, ſigna, ac quæuis alia id generis characteribus, & nominibus alienis literis incognitis, uel notis ſuperſtitionis ſpeciem præſeferentibus impreſſa, inſignataué omnino prohibentur. Pium verò, & religioſum ſanctæ Crucis, & piarum imaginum vſum omni abiecta inani obſeruatione, vt ſummoperè cõmendamus, ita ab omnibus retineri mandamus.

At verò quoniam pro hominum, & locorum varietatę multiplicia, variaq; ſuperſtitionum genera deprehendi poſſunt, & certam earum ſingularum formam ſcribere propè infinitum opus eſſet, vt ſummatim ſtatuantur omnia, in quibus ſtata temporum, dierum, horarum, præfixi

numeri, & loci obſeruatio, cum anxia quadam corporis, & habitus compoſitione, quam præterire nefas putetur, concurrit, ea tanquam ſuperſtitioſa, vana, & à ſancta Eccleſia Catholica ritu, vſu, & traditionibus aliena: Diligēti confeſſariorum, prædicatorum, & Parochorum cura, officioque extirpanda mandamus: cum per illa ſe ſe diabolica ſocietas, quæ omni pietatis ſtudio fugienda eſt, ac depellenda, ſenſim inſinuet, & diuini cultus error fraudulēter hiſce rebus, boni ſpecie velatis cum magno animarum exitio inducatur.

De Doctrina Chriſtiana.

N*Equis pueros, ſeu adoleſcentes publicè, vel priuatim docendi munus, ſine noſtra in ſcriptis habita facultate quolibet ſaltem biennio innouanda, & confirmanda aſſumat, profana aliquando cum explicauerint, omnia ad piam morum inſtitutionem rectis interpretationibus conuertere ſtudeant, quod facilè aſſequentur ſi quid ſuis in enarrationibus ſemper interponent, quod chriſtianam diſciplinam redoleat.*

Cum

Cũ talis debeat eſſe inſtitutio eius, vt captui uniuſcuiuſq; accomodetur. Hinc diſtrictè iubemus, vt omnis Parochus per ſe ſi aptus fuerit, vel per alium magis idoneum clericum, uel laicum probatæ vitæ, ac ſanctæ doctrinæ, ſingulis Dominicis, & feſtis diebus elementa fidei diligenter explanet, modo, & ordine inferius deſcripto.

Eligatur hora à prandio, uel ante Veſperas, qua omnes pueri, & puellæ, ac etiam adulti, qui rudimentorum fidei noſtræ ignari ſunt, congregari, ac conuocari ad Eccleſiam poſsint.

Illudq; in primis curetur, vt loco à pueris ſeiuncto puellæ inſtituantur, & has quidem, ſi fieri poterit, fæminæ, illos autem viri doceant, omnibus in Eccleſia cõgregatis, ad campanæ ſignum reuerentia, qua decet, erudiantur pueri, ac rudes de ſigno ſanctæ crucis rectè faciendo.

Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica, Symbolum Apoſtolorum, & decem præcepta legis ideſt Decalogi voce clara aptè, diſtincteq; ipſis congregatis audiẽtibus, ac diſcentibus recitentur.

Libellus in quo de reliquis ad Doctrinã Chriſtianam ſpectantibus agitur ab ipſis pueris legere ſcientibus ediſcatur, ac memoriter pronuncie-

Digitized by Google

tur, eodem Parocho interrogante, vel alio eius munus obeunte.

At verò ut ſalutaris hæc, neceſſariauè exercitatio maius in dies incrementum ſuſcipiat, quibus in locis commodè fieri poterit, quamprimum ſodalitates Doctrinæ Chriſtianæ in Ciuitate, & in Pagis inſtituantur, tum illud quoq; efficiat, vt Parochi, & Verbi Dei Prædicatores, omni ſanctæ cohortationis officio fideles omnes ad illud obeundum alliciant, atque inducant, & propoſitis indulgētijs ſpiritualibus, quas conſequuntur, Doctrinæ Chriſtianæ ſcholas opera ſua adiuuantes.

De ludi Magiſtris.

CVm nulla maior, et melior hæreditas, ſiue firmior poſſeſſio à parentibus filijs ſuis virtute relinqui poſſit, hortamur, ac in Domino rogamus omnes, & ſingulos temporales Dominos, Magiſtratus, ac officiales, quicunq; illi ſint, vt nulli ſumptui parcentes, omni diligentia curent aliquem præceptorem pro pueris inſtituendis publicè conduci, cuius ſana doctrina tenella infantium,

Digitized by Google

fantium, & adoleſcentinm ætas fulciatur.

Eligãtur ex melioribus optimi præceptores, qui religioſæ vitæ ſint, ac benè morati, Deumque timentes.

Libros laſciuos, ſcandoloſos, vel prohibitos in ſcholis ſuis non prælegant, vel retineant, neque legi, aut retineri permittant.

Non tantũ literas, ſed etiam bonos mores, ac vitam chriſtianam diſcipulos ſuos edoceant, oportet enim animas priuſquàm linguas diſertas fieri.

Quibuſq; ſingulis diebus Dominicis, & feſtis, quibus Doctrina chriſtiana pronunciatur, ducãtur pueri per ipſos præceptores ad Eccleſiam, ſi commodè fieri poteſt, vel eorum iuſſu pueri accedere cogantur.

Studeant ætatem illam ad mundi voluptates pronam honeſtis moribus, ac pietate imbuere, curentq; vt ſaltem veſperi pueri illi, priuſquam domum dimittãtur genibus flexis, alta, & clara voce, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Salue Regina, Symbolum Apoſtolorum recitẽt, & ſigno ſanctiſsimæ crucis ſe ſignent.

Vo-

Digitized by Google

Volumus autem, & præcipimus, vt omnes, & ſinguli ludi magiſtri, priuſquam munus ſuum exequi incipiant, coram Nobis, aut Vicario noſtro fidei profeſsionem emiſſuri ſe præſentẽt, ſeu coram alio à nobis, ad maiorem ipſorum commoditatem deputando, eam vt decet emittant, ſub pœna arbitrio noſtro in contumaces iuſſingenda.

De Prædicatione Verbi Dei.

P*Arochi commiſsum ſibi gregem per ſe ipſos alant verbi Dei pabulo ſalutari, curent itaq; vt ſaltem Dominicis, & ſolemnibus diebus feſtis, populum ſuum intra miſſarum ſollemnia pio ſermone inſtruant, & erudiant ad ſalutem, de his præſertim quæ ad fidem chriſtianam, & ad optimam morum diſciplinam pertinent, & ita omnes afficere ſtudeant, vt propoſitis ſempiterni ſupplitij pænis, malos à malè agendo deterreant, & expoſitis beatæ vitæ præmijs, ad Dei proximiq; dilectionem, & ad virtutes populum inflamment.*

Ad ſacramenta neceſsaria crebrò, & piè, ac religioſè

gioſè percipienda commiſſum ſibi gregem hortentur, vim ſacramentorum declarando, & explicando.

Si autem Parochus aliquis legitimè ſit impeditus, vel ad id ſe minimè idoneum noſcat, coadiutorem eo in munere adhibeat, vel ad faciliorem explanationem ſe accommodet, vel ſaltem Homiliam vulgarem euangelicæ lectionis, vel vitã ſancti de quo feſtum fiat, vel è probato libro aliquid recitet, quo audientium animi ad Dei amorem, & proximi dilectionem, & ad virtutes ſectandas, vitiaq; fugienda incitentur.

Aduertãt deniq; omnẽs, quibus id munus demandatum eſt, ne prædicatione deſtruant, dum ædificare conantur, ſed quæ pro concionatoribus hic deſcripta ſunt, etiã ad ipſorum doctrinam ſcripta eſſe exiſtiment, eaq; perlegant.

Officium uerò Parochorum ſit, ſequẽtem titulum prædicatoribus in eorum Eccleſÿs verbum Dei prædicaturis legendum tradere, antequàm prædicationis munus aggrediantur, ne quæ ſint monitiones noſtræ, & quid ab eis obſeruari cupiamus, ignorent.

De Prædicatoribus.

QVibus in locis uiget laudabilis conſuetudo conducendæ Theologiæ profeſſorem ad prædicandum Verbum Dei idoneum tempore Aduentus, Quadrageſimæ, vel alio die infra annum eam retineri mãdamus. Hortantes inſuper omnes Parochos, & Plebanos, ac quoſcunq; magiſtratus, ſiue officiales, & homines quorumcunq; locorum, in quibus nondum hæc fuit introducta conſuetudo, ut hoc ſpirituali cibo non careant, pro loci qualitate, & facultate concionatorem conducant.

Statuimus in primis quod in noſtra Diœceſi nullus Concionator munus prædicationis aggredi audeat, etiam ſi regularis ſit, ſine examine, uel alia ratione probatus, ſcriptam facultatem à nobis ſi in Eccleſijs, quæ regularium non ſunt, id minus obiturus ſit, vel ſaltem ſi in Eccleſijs ſui ordinis id facturus ſit, benedictionem à nobis prius petierit, in quibus etiam nobis contradicentibus, ne prædicent, ex Conc. Trident. Decreto.

Quicunq; prædicandi officio fungentur, cum peruenerint ad locum, in quo de licentia noſtra prædicaturi ſunt, ſtatim cum Parocho, ſiue Curato illius loci pacem, & fraternitatem ineant, memores, (tanquam illorum coadiutores, & nō contradictores) quod nulla debet eſſe inter eos diſcrepantia, ſed vnanimè ſtudium replendi horreum Domini, & ideo inter ſe de his, quæ ſequũtur, familiarem ſermonem frequẽter habebunt.

Quæ potiſsimum vitia vigeant in illa Parochia, & ad quæ illius loci homines magis proni ſint.

An ſcilicet prædicti Parochiani ſint vſurarij, blaſphemi, periuri, ad libidinem procliues, tardi, & pigri ad confitendum peccata, & ad ſuſcipiendum ſacramentum Euchariſtiæ, & remedia excogitent, quibus ex illis locis morborum radices euelli, ac extirpari poſsint.

His cognitis, ac intellectis poterit prudens Prædicator in ſuis concionibus opportunè acriter inuehere, modo in iſtud, modo in illud vitium, & ſic diebus ſingulis, ſingula deteſtari, quæ in illo loco vigere perceperit, inuigilando animarum ſaluti.

Omnes concionatores, vt Domini noſtri Euangelium ſinceritate, qua decet, annuncient, & has noſtras instructiones obſeruent, ſacram ſcripturam eo ſenſu, quem Catholica Eccleſia Romana, & conſentiens ſanctorum Patrum auctoritas comprobauit interpretentur.

Nihil quod ab Eccleſia, aut à Doctoribus Eccleſiæ probatis diſſentiat, proferant.

Si quando ad auditorũ vtilitatem allegorijs vtendum erit, eas ex receptis, & probatis ab Eccleſia, deligant.

Historias ex Apochryphis ſcriptoribus populo ne enarrent, neq; miracula, quæ probata ſcriptoris fide non commendentur.

Ineptas, & ridiculas fabulas ne recenſeant, nec ſuperuacanea, & infructuoſa.

Hæreticorum opiniones, & argumenta apud imperitam multitudinem ne referant, & ſi neceſſitas id fieri poſtulabit, vt eorum falſa dogmata confutentur, ne longa diſputatione, ſed graui redargutione vtantur.

Nihil ambiguum, anceps'uè pronuncient, quod auditoribus variè intelligẽdi occaſionem præbeat.

Ne nimis conciſè, aut obſcurè quidquã exponant.

Ne

Ne oſtentandæ doctrinæ, aut eloquentiæ cauſa difficiles, atq; inanes quæſtiones, fucumuè orationis, & pigmenta conquirant. Citationes profanarum legum minimè neceſſariarum, Poetarumq; ſuperuacuas auctoritates dimittant.

Neminem nominatim, aut tacitè illum deſignantes, inſectentur.

Religioſos viros, Magiſtratuſuè quoſcũq; ne aſperè obiurgent, ſed piè potius admoneant.

In reprehendendis vitijs ita ſe gerant, vt pietatis, ac caritatis ſtudio ſe adductos, non hominum, ſed vitiorum odio id facere omnes intelligant.

Maxime verò caueant, ne quod præceptis, & hortatu ædificãt, id eorum vita, & inhoneſtis moribus deſtruatur, efficianturq; ipſi reprobi, (vt ait Apoſtolus) cum alijs prædicauerint, nam quorum vita deſpicitur, reſtat, vt prædicatio contemnatur.

Indulgentiam populo ne publicent, niſi facultate prius à nobis habita.

Neminem populo paupertatis nomine commendent, niſi teſtimonium à nobis, aut à Vicario noſtro, ſeu ab Eccleſiæ Parocho ſcriptum attulerit.

Ea quæ in conſtitutione Leonis 10. ſub pœna excommunicationis ſummo Pont. reſeruata ad vnguem obſeruent, quæ ſunt.

Vt nemo audeat prædicare, niſi à ſuperiore fuerit approbatus.

Prædicatores Euãgelium explicent iuxta ſanctorum Patrum interpretationes, tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichriſti aduentum, aut certum diem Iuditij prædicare, vel aſſerere nequaquam præſumant, vanas reuelationes ne comminiſcantur, virtutes commendent, vitia deteſtentur, Epiſcopos, & alios ſuperiores publicè coram populo incautè, & intemperanter ne reprehendant, & mordeant, & ab eis malè geſtorum expreſſis quandoq; nominibus, aperta, & manifeſta redargutione abſtineant, Nemo inſpirationes ſibi reuelatas prius prædicet, quam Romanus Pontifex, aut Epiſcopus approbarit, qui cõtrafecerit excommunicationem Summ. Pontif. reſeruatam incurrit, & officio prædicationis perpetuò ſit priuatus.

Curent vt loca Virorum, & mulierum ad concionem cõfluentium in Eccleſijs, in quibus id commode

modè fieri poterit, diſtincta, & aliqua tela inuicem ſint ſeparata.

De blaſphemia.

NEfandum, & impiũ blaſphemiæ ſcelus, quod diuinis, humaniſq; legibus vetitum eſt, adeo inualuiſſe conſpicimus, vt cum omnem diligentiam adhibuerimus ad peſtiferum hũc morbum eradicandum, haud ſatis tamen in eo coercendo feciſſe nouerimus.

Itaq; vt hæc peſtis, quò ad fieri poſsit à noſtra Diœceſi eliminetur, per gloriam eiuſdem Domini, Principes, ac Magiſtratus omnes noſtræ Diœcéſis obſecramus, & obteſtamur, vt quæ contra execrandos blaſphemos Pontificijs, humaniſq; legibus, & à Leone Pont. x. Lat. Conc. & nuper à ſantiſsimo Pont. Pio V. decreta ſunt, ea omnia diligentiſsime exequi ſtudeãt, à Deo Opt. Max. huiuſmodi ſanctæ curæ vberrimum præmium expectantes.

Quiſquis igitur in Deum ipſum, aut Vnigenitum eius filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ, aut ſanctiſsimam eius Genitricem, ſemperque Vir-

Virginem Mariam blaſphemiam, vel maledicta, inferre auſus fuerit, primo, atq; etiam ſecundo pecunia mulctetur, ex præſcripta in eodem Conc. ratione, tertio verò grauem pænitẽtiam iuxta ſacrorum Canonum ſanctiones publicè agat.

Si autem quod abſit Clericus beneficiatus tãti ſceleris reus fuerit deprehenſus, primo fructibus vnius anni quorumcunq; ſuorum beneficiorum eccleſiaſticorum mulctetur, ſecundo eo beneficio, quod poſsidet, priuetur, & ſi plura obtineat, eo tantum priuetur, quo nos eum priuãdum duxerimus: Tertio dignitates, ac beneficia omnia quæcunq; habuerit, eo ipſo amittat, adeò, vt deinceps ad ea obtinenda omnino inhabilis reddatur.

Clericus verò beneficia non habens ſi in blaſphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice ſcutis aureis vigintiquinq; locis pijs arbitrio noſtro applicãdis mulctetur, pro ſecunda eandem pœnam ſubeat, & ad arbitrium noſtrum in carcerem trudatur, pro tertia ab officio ſuſpendatur, & infligantur in eum pœnæ à Lat. Conc. ſub Leone Decimo, & alibi in Bulla Pij Quinti Pont. Max.

Max. contra blaſphemos ſtatuta.

Quicunq; vero ſiue clericus, ſiue laicus in ſanctos blaſphemias euomuerit, iuxta perſonæ delicti, ac ſcandali publici, vel priuati qualitatem, pæna graui pecuniaria mulctetur, quæ pro ſecunda, & tertia reiteratione, ita augenda erit, vt alios à ſimilibus deterreat, applicanda per nos loco pio, qui verò non habent in ære, pænitētiam publicam peragant, vt ſupra dictum eſt.

Iudicibus, qui de huiuſmodi reis pœnas ſumēt, decem annorum Indul. ex Lat. Conc. elargita eſt.

Cura ſit Dominorum, patrumq; familias ſibi ſubditos ita compeſcere, ne in blaſphemiæ crimen incidāt, eos ſæpe admonendo, & cum opus fuerit, corrigendo, ſi quos verò miniſtros, aut famulos minimè obedientes habuerint, corripiendos curent, eoſque non reſipiſcentes è domibus ſuis quamprimum expellant.

De Sanctorum reliquijs, & de ſpectantibus ad Sanctorum cultum.

PIetatis Chriſtianæ ratio, & veneratio, quæ ſanctis debetur maximè poſtulat, vt eorum quoq; ſacræ reliquiæ cum religiose à nobis colantur, tum magna reuerentia,

&

& cuſtodia tanquam pretioſa caritatis pignora ſeruentur, ac tractentur, nam adeò mirabilis, & glorioſus eſt Deus in ſanctis ſuis, vt nō ſolum in perenni eos beatitudine eſſe voluerit, ſed etiam ipſorum corpora, quæ dum in humanis agebant templum fuerunt Spiritus ſancti, ſumma cum veneratione, ac religione à fidelibus haberi voluerit, quare vt religioſius quoad fieri poteſt, pertractentur. hæc ſtatuimus.

Nemo autem etiam ſi regularis ſit, vel quouis modo exemptus nouas reliquias euulgare, aut populo exponere, aut venerãdas proponere, item noua miracula enunciare, aut promulgare, & in eorum nomen altaria erigere, vel ornare, aut vota, & oblationes excelſo loco ponere, aut quidquam noui ea in re omnino audeat, niſi facta prius à nobis recognitione, & approbatione, quæ in reſeruentur, quæ à Conc. Trid. præcepta ſunt.

Reliquiæ, quas certas ſanctorum eſſe conſtat, ſtatutis temporibus, & cum veneratione populo oſtendantur, incertæ verò ſecreto, ſed tuto, honeſto, & ſancto loco obſeruentur.

Vt reliquiæ nunquam in tabernaculo ſanctiſſimi

ſa-

ſacramenti aſſeruentur.

Ne quæſtus, ſed pietatis dumtaxat, deuotioniſq; excitandæ gratia fidelibus piè venerantibus proponantur.

Ne à laicis vllo modo tractentur, aut tangantur, quod Sanctus Gregorius ſacrilegium, & minus propterea ferendum eſſe ſcribit.

Ne uè ita apertæ ſint, vt qui reliquiarum Thecas deoſculari voluerit, reliquias ſacras ore tāgat.

Ne ſuper menſas, aut alibi quàm in altari reponātur, vbi nec ſacculi, nec vaſa, vel arculæ ad eleemoſynas colligendas retineantur, nec quis adſit, qui virga capita, ſeu humeros fideliū reliquias venerantiū leuiter tangat: nec ſignis populū ad erogandas eleemoſynas inuitet, ſi quid tamen à fidelibus piè ſponte oblatum fuerit, retineri minimè prohibetur, qui verò huic decreto non paruerit, ſi clericus ſit ſuſpendatur à diuinis, ſi laicus excommunicetur.

Ad ægrotos nullo modo deferantur, ne conſuetudinis quidem prætextu, ſub excōmunicationis pæna, ſine facultate à nobis ſcripto tradita.

Ne de vno in alium locum transferri ſacras reliquias liceat ſine noſtra licentia.

D *Nullus*

Nullus in noſtra Diœceſi nouas recipiat reliquias nobis inconſultis, & non approbantibus.

Reliquiæ in publicum ne deferantur, nec etiam in proceſsionibus, niſi luminaribus accenſis, & fidelibus ne oſtendantur, niſi apertis capitibus, & ſacerdote cotta, & ſtola parato.

In ſacris imaginibus pingendis, aut exprimendis, ex quarum inſpectione animi ad pietatem excitantur, ratio hæc habeatur.

Ne ſcilicet vllæ imagines in altari, & Eccleſijs ponantur, vel inſolitæ, vel inſolito geſtu, habituuè, neq; miraculũ exprimant eiuſmodi, quod probati alicuius ſcriptoris non ſit teſtimonio cõprobatum, ne quæ ſacræ ſcripturæ veritati, aut Eccleſiæ ritui, traditionibuſuè, aut chriſtianæ pietati, honeſtatiq; aduerſentur. Ne quæ obſceni, ridiculi, inhoneſti, profani, falſi, ſuperſtitioſi, aut procaciter, aut præpoſterè facti quidquam præſeferant, ne quæ turpis cogitationis occaſionem præbeant.

Ne eorum qui iam in ſanctorum numero adſcripti ſunt, imagines ſine corona, quæ ſcuti rotũdi inſtar, ſanctorum capitibus affigitur, alijſq; proprijs eorum inſignibus exprimantur.

Ne

Ne crucis ſanctorumq; imagines humi, ſordidouè, aut minus honeſto loco ſculpantur.

Ne prius publicè proponantur in Eccleſijs, quàm ſint ex ritu eccleſiaſtico benedictæ.

Nullæ in poſterum pingantur imagines, nec in Eccleſijs ponantur, quæ non prius à nobis, vel à Vicario noſtro generali, aut ab aliquo ex Vicarijs noſtris foraneis, vt commodior facultas dabitur, probatæ fuerint.

Ne quorum lectio prohibetur, eorum imagines pingantur, aut ſculpantur.

Eadē quoq; omnia in tabellis, quæ voti cauſa offeruntur, ſeruentur omnino.

Sculptoribus, aut Pictoribus, & ijs quorum iuſſu imagines ſculptæ, vel effictæ fuerint contra præſcriptas leges, ac rectoribus etiam eccleſiarum, qui id fieri in ſuis Eccleſijs permiſerint, grauiſſimas mulctas noſtro arbitrio reſeruatas, ac pœnas etiam eccleſiaſtici interdicti imponimus.

Sacras vero imagines contra, quam præſcriptum eſt, iam pictas, ſculptaſuè, aut alias vetuſtate penè deletas, iubemus renouari, vel refici, & honeſto decori reſtitui, aut ſi id non poteſt, omnino deleri, aut tabulas quidem antiquitate

conſumptas in ignem conijci, & cineres in pauimenti Eccleſiæ foſsis collocari, Imagines verò ſacras ſculptas, ſi deformatæ ſint ſub Eccleſiæ, vel cæmeterij ſolo recondi.

Ne Iumentorum, canum, aliorumq; brutorum animalium effigies in Eccleſia fiant, niſi hiſtoriæ ſacræ expreſsio ex ſanctæ Eccleſiæ inſtituto, atq; vſu aliter fieri poſtulet.

Parochi fideles hortentur populum, vt ſacras imagines honeſtis locis præſertim in ædium ueſtibulo ſtatuant, turpes verò, atq; obſcenas comburant, & profanas, quæ ad libidinem incitant, vel quæ falſos Deos prauos, improboſuè homines repreſentant, eliminare ſtudeant, quod omnino efficiant in ſuis ædibus uniuerſi Eccleſiaſtici ordinis homines.

Super pauimentis, aut ſepulchrorum oſtijs ſignum ſanctiſsimæ crucis, aut alicuius ſancti, vel ſanctæ imago ne pingatur, aut fingatur, ne irreuerenter pedibus proterantur, & quibus in locis ſculpta inueniantur, ea quamprimum à Rectoribus deleri, & amoueri mandamus.

De

Digitized by Google

De dierum feſtorum cultu.

QVoniam feſti dies ad Dei cultum, & honorem, animarumq; ſanctificationem à Domino fuerunt inſtituti, illis verbis, memento, vt diem Sabbati ſanctifices, meritò pro ea, quam huius Eccleſiæ nobis commiſſæ gerimus cura, hoc decreto Parochis noſtris, reliquiſq; animarum curatoribus præcipimus, vt diligentiam, quam ipſi maximam poſſunt adhibeant, quò religioſius à fidelibus illi colantur.

Illud igitur in primis curabunt crebris hortationibus, vt ſibi ſubditi choreis, tripudijs, ſaltationibus, & ludicris ſpectaculis huiuſmodi diebus abſtineant, illis autem horis, quibus diuina officia peraguntur, nullo modo ea fieri permittant, ſed populum ad diuina officia, ac veſpertinas horas inducant, moneantur grauiſſimè peccare illis temporibus ſimilia peragentes, Cum tempus, quod Deo, eiuſq; cultui debetur, in illis actionibus inſumunt, vnde omnis peccãdi occaſio ſumit initium.

Feſtis verò diebus nihil vẽdatur, aut ematur, niſi

quod

Digitized by Google

quod ægrotis, aut illius diei victui neceſſarium fuerit; res vero neceſſariæ, & quæ leges permittunt, illis diebus vendi poſſunt: Ante verò fores Eccleſiæ nullo modo vēdantur, nec ipſarum occaſione officinæ apertæ ſint, ſed earum oſtiolū tantum pateat.

Si quis vehiculis, aut beſtijs, merces, fruges, & huiuſmodi vehere abſq; neceſſitate deprehēſus erit, exceptis mercibus, & frugibus iam in itinere conſtitutis, quæ ſine periculo, aut graui dāno retardari non poſſunt, ea pœna iuxta Pij V. conſt. plectatur, vt res, beſtias, vehiculaque amittat, quæ iam fabricæ Eccleſiæ maioris loci, in quo peccatum fuerit, adiudicentur, vel alij pio loco noſtro arbitrio deputando; Cæteri verò quoquo modo feſtorum dierum violatores, licet vectores non ſint, pœnam pecuniariam noſtro arbitrio ſubeant.

Si verò qui deliquerit in aliena fuerit poteſtate, pater, vel Dominus pro eo pœnam luat.

Operis demum ſeruilis nequid fiat, ne eleemoſynæ, vel pietatis quidem ſpetie, vel ad fabricæ Eccleſiæ, vel pij loci vſum, materiæ præparandæ cauſa, ſine noſtra facultate.

Vt

Vt autem quiſque ſciat quibus diebus hæ leges ſeruandæ ſint, ignorantiæque excuſationis occaſio penitus tollatur. Dies omnium feſtorum, qui ex præcepto Eccleſiæ, aut conſuetudine probati, in Vrbe, Diœceſiuè vniuerſa ſeruand ſunt inferius adnotabimus, atque præcipimus illorum dierum tabellam confici, edique, eamque in ſingulis etiam Regularium ſacriſtijs loco cõſpicuo cuſtodiri, ad cuius præſcriptum Parochi omnes quibuſuis diebus Dominicis, feſta de more populo euulgent, & Regulares omnes quantumcunque exempti rite celebrent, atque obſeruent.

Parochi præſertim in Pagis ne omittant præceptũ Parochialibus ſuis ſæpe numero enunciare, atque exponere, quò fideles omnes feſtis diebus Miſſæ intereſſe debeant, illudque frequenter, & grauibus verbis moneant, vt ieiuni accedant, quemadmodum laudanda eſt ſancta Eccſiæ conſuetudo, & ſacroſancti, diuinique officij ratio depoſcit.

FE-

FESTA IN CIVITATE, ET DIOECESI Compſana obſeruanda.

IANVARIO.

1 Circumciſio Domini.
6 Epiphania Domini.

FEBRVARIO.

2 Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.
24 Sancti Matthiæ Apoſtoli.

MARTIO.

7 Sancti Thomæ de Aquino.
25 Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

APRILI.

25 Sancti Marci Euangeliſtæ.

MAIO.

1 SS. Philippi, & Iacobi Apoſt.
3 Inuentio Sanctæ Crucis.

IVNIO.

24 Sancti Io. Baptiſtæ Natiuitas.
29 SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli.

IVLIO.

25 Sancti Iacobi Apoſtoli.

AVGVSTO.

10 Sancti Laurentij mart.
15 Aſſumptio Beatæ Mariæ Virg.

Digitized by Google

20 Herberti Archiepiſcopi Compſani.
25 Sancti Bartholomæi Apoſt.

SEPTEMBRI.

8 Natiuitas Beatæ Mariæ Virg.
19 Sancti Ianuarij, & ſociorum.
21 S. Matthæi Apoſtoli, & Euang.
29 Sancti Michaelis Archangeli.

OCTOBRI.

28 Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

NOVEMBRI.

1 Omnium Sanctorum.
11 Sancti Martini.
25 S. Catherinæ Virg. & mart. per hor. Miſſ.
30 S. Andreæ Apoſtoli.

DECEMBRI.

8 Conceptio Beatæ Mariæ Virg.
13 S. Luciæ virg. & mart. per hor. miſſ.
21 S. Thomæ Apoſtoli.
25 Natiuitas D. N. Ieſu Chriſti.
26 S. Stephani Protomartyris.
27 S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

Præterea.

Dominicæ omnes.
Feria quinta Cæna Domini.
Paſcha cum duobus ſeq. diebus.

Pentecoſte cum duobus ſeq. diebus.
Feſtum Aſcenſionis Domini.
Feſtum Corporis Chriſti.

Atq; alia præcipimus ſeruanda, quæ ex conſuetudine in aliquo noſtræ Diœceſis loco hactenus fuerunt ſeruata.

De Ieiunio.

CVM animabus, corporibuſq; curãdis ſacrum ieiunium ſalubriter inſtitutum fuerit, quo vitia comprimũtur, mens eleuatur, virtutes augentur, & præmia, omnes fideles, vt adhoc tam ſalutare remedium quàm ſæpiſsime confugiãt, enixè in Domino hortamur.

Singulos quadrageſimæ ſanctæ (Dominicis exceptis) dies, quatuor psæſcripta tẽpora, ſtataſq; vigilias omnes, quæ ex præcepto Eccleſiæ conſuetudine probata obſeruari debent, oẽs quicunq; ſint, qui ieiunij lege adſtricti ſunt, ieiunent, alioquin peccato mortali ſe alligatos eſſe noſſe debent, ieiunio tamen adſtricti non cenſentur, quos iura eximunt ob infirmitatis, aut neceſsitatis, aut imbecillæ ætatis, aut alterius iuſti impedi-

pedimenti cauſam, obtenta tamen licentia vtriuſq; medici, quæ à nobis, vel à noſtro Vicario Generali, vel proprio Parocho probetur, & quod ad ægrotos attinet, de medici tantum conſilio.

Caueant itaq; medici, ne in ſuarum animarum perniciem tam faciles ſe præbeant faciendo fidem, eximendo aliquem ab obſeruatione Ieiunij, vel in concedendo, vt carnes comedant ij, quos vel nulla, vel non rationabilis cauſa ab obligatione Ieiunij excipit, quod ſi ſecus fecerint arbitrio Epiſcopi puniantur.

Quadrageſimæ tempore cibi vetiti ad ægrotorum, infirmorumq; hominum vſum publicè venales ne exponantur, ſed certis tantum locis conſtitutis. in plateis, vijſq; publicis nunquam efferantur, ne à ruſticis quidem, alijſque cuiuſuis generis hominibus.

Eos verò paſsim ab omnibus ne vẽdi liceat, ſed ab ijs tantum quibus nos ſcriptam facultatem conceſſerimus, vel alius deputatus à nobis dederit. Omne tamen carnis genus ij vendere nequeãt, ſed vitulinam, hædinamq; tantum, vel aliam, quæ ægrotantium valetudini ſit accomodanda,

nec verò quibuſuis vendant, ſed ijs tantummodo, qui ſcriptam à nobis, vel ab alio per nos deputando facultatem oſtenderint, ea vero facultas, & ſi nullum præfinitum tempus habeat, tunc omnino ceßet, vt primum cauſa, ob quam data fuerit, ceſſauerit.

Cauponibus item abſq; ea facultate ne liceat cibos eo ſacro tempore vetitos cuiquam, etiam hoſpiti, & peregrino, quiſquis ille ſit, apponere, aut vendere: aut permittere, ut etiam aliunde allati comedantur, quod ſi alicui ægroto conceßu noſtro dandi ſunt, id ab alijs hoſpitibus ſeparatim omnino fiat.

Qui uerò hiſce noſtris decretis minimè paruerint, grauiter pro modo culpæ puniantur.

Quibus ob infirmam ualetudinem, uel aliam iuſtã cauſam ieiuniorum diebus carne, alijſq; uetitis cibis ueſci permiſſum eſt, ne palam, neuè etiam cum domeſticis, ſed ſeparatim, in remotiori ædium loco eius generis cibum capiant, cum aliquo etiã cordis dolore, quod cæteris in ſacra illa abſtinentia ſe conformare nequeant, ut ob corporis imbecillitatem, aut morbum potius quò laborant, quàm ob cibi illius auiditatem, facere

co-

cognoſcantur.

Sciant pręterea tam in quadrageſimę diebus, quàm in cęteris uigilijs, necnon, & quatuor anni temporibus, unica tantũ comeſtione chriſtianũ hominem refici debere, hora circa meridiem, ueſperi autẽ fruſtum panis, uel aliquem fructum comedere licitum erit, ut ieiunij ratio iuxta Canonum leges ſeruetur.

Doceantur fideles à lege Ieiunij non eximi propter eleemoſynę largitionem, in quo multi errant, cũ lege ſit cautum, quod debitor unius rei, aliam ſoluendo minimè liberetur.

Studeant deniq; fideles ieiuniorum diebus ita ſe gerere, vt dum caro ab alimèntis abſtinet, ſectando iuſtitiam, mens pariter à culpa ieiunet.

Si quando dies feſtus aliquis ſolemnis, etiam Patroni Eccleſię, cuius celebritas à clero, & à populo ſit in diem vigilię, ieiunijq; inciderit, quod ex pręcepto Eccleſię ſeruetur, ne fideles ob feſti dies ſollemnitatem, quam colunt, Ieiunium vllo modo violent, ſed vt illud inſtituti ratio, Eccleſięque matris pręceptum poſtulat, rectè, pièque colant.

De Sacramentis, & eorum adminiſtratione.

CVm ſacroſancta Catholicæ Eccleſiæ ſacramenta Chriſto Domino noſtro fuerint inſtituta, vt per ipſa fideles ſalutē conſequantur æternam. Hac de cauſa, omni animi puritate, ac religioſo cultu ſciant ſacerdotes nedum percipienda, ſed & adminiſtranda eſſe: ne impurè ipſa adminiſtrantes, dum aliјs ſalutem, ſibi ipſis damnationem procurēt.

Vt parochi, niſi legitimè fuerint impediti, per ſe ipſos ſacramenta miniſtrent.

Vt in eorum adminiſtratione à ſacerdotibus ſuperpelliceum, & ſtola ſemper adhibeantur.

Vt nullus quæſtus, aut mercedis pactum intercedat, omniſq; tum ſimoniæ labes, tum auaritiæ ſpecies, ſuſpicioue vitetur.

Nil igitur eo nomine exigatur, aut tacitè quidem, aut nutu petatur, ſed quæ gratis accepta ſunt, gratis miniſtrentur: ſi quid autem ſpontè eleemoſynæ nomine, aut pietatis ſtudio detur, accipi poterit.

Vt eorum vis, & efficacia ex Romani Cathechiſmi doctrina præſertim pluribus aſtantibus piè expli-

explicetur, vt fideles cum intelligant illa tanquam remedia, ac medicamẽta ad animarum ſanitatem, vel recuperandam, vel tuendam preſto eſſe, ac per ea in nos gratiam deriuare, quã nobis Chriſtus Dominus in ara crucis meruit, fide caritateq; excitati, & frequentius, & religioſius illis vtantur.

Nullus verò audeat ſacramentorum formis quidquam addere, aut minuere, nec in reliquis, tũ verbis, tum rebus, tum cæremonijs noui aliquid admittere, ſed in omnibus ſimplicem, & antiquiſsimum Sãcta Romanæ Eccleſiæ ritum retineat, & verba quidem grauiter, & altè pronunciet, ut audiri ab illis poſsint, quibus ipſa miniſtrat.

Res mundas adhibeat, ac purè, ſanctè, religioſeq; omnia tractet, curet q; vt aſtantes ad deuotionem incitet, & inflammet.

Miniſtrentur à Parochis, & quibus ea cura credita eſt, tam rectè, quàm malè valentibus, ſedulò diligenter, ac opportunè, Norint aũt grauiſsimè ſe peccare, ac grauiſsimas ſe in vtroq; pœnas daturos, ſi quiſquam abſq; Eccleſiæ ſacramentis ipſorum culpa decederet.

In

In aliena Parochia nullus audeat ſacerdos ſacra-cramenta, quacunq; ſint conferre, niſi prius obtenta licentia a Parochiali Rectore, vel à nobis, aut Vicario noſtro generali, ſi verò aliqua Eccleſia, in cuius Parochia ſacramẽtorum adminiſtratio ſit neceſſaria, proprio caruerit ſacer dote, vel mortis, vel abſentiæ cauſa, & periculo in mora exiſtente, vt licentia noſtra, vel conſenſus eius Rectoris requiri non poſsit, eo caſu illa adminiſtrare, pro ea vice tantum ſit permiſſum.

De Sacramento Baptiſmi.

QVoniam baptiſmi ſacramento, quod eſt ſacramentorum omnium ianua cæleſtis regni porta aperitur, primi hominis delicto ita occluſi, vt illius aditus patere nemini poſſet, qui baptiſmatis fonte non ablueretur, Domino noſtro atteſtante, & dicente, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei. Idcirco, vt tam ſalutare ſacramentum ritè, & recte à fidelibus adminiſtretur, hæc ab omnibus nobis ſubditis obſeruari de-

decernimus, atque mandamus.

Baptiſmus in Parochiali Eccleſia infantibus, cum primum ſine periculo id fieri poterit, ſollemnibus, ac debitis cæremonijs conferatur, nec vltra octo dies eius collatio differatur.

Si propter mortis periculum quis domi baptizandus erit à proprio Parocho, vel ſacerdote, aut digniori gradu, vel ſexu baptizetur, tantummodo aqua, ſiue benedicta, ſiue pura, & elementali, adhibita debita forma, neq; ſal aquæ neceſſariò admiſcendum ſit, alijſq; cæremonijs omiſſis, quæ in Eccleſia ſuppleri poterũt, infante ſuperuiuente, & amoto mortis periculo.

Sciant præterea, quod baptiſmus collatus inſtante neceſſitate periculi mortis, à quocunq; ſiue mare, ſiue fæmina, ſiue fideli, ſiue infideli, cum intentione ſaltem faciendi, quod facit Catholica Eccleſia, valet, peccat tamen laicus, qui etiã in neceſſitate baptizat præſente clerico, & clericus minor præſente presbytero, & mulier præſente viro, & infidelis præſente fideli, niſi aptior ſit excõmunicatus, vel aliquo modo impeditus.

Vt ſi infans domi baptizatus ſuperuixerit, ſtatim cum per valetudinem licuerit, ad Eccleſiam

F offe-

offeratur, vt ei ſacrarum cæremoniarum ritus ſuppleatur. Diligenter autem Parochus exquirat, quæ verborum forma, quæ materia adhibita ſit, vt cognoſcat, num rite ſit baptizatus, quod ſi re diligenter perquiſita, & cum peritis quoq; ſi dubitatio incidat, tractata, dubium tamen relinquatur, an ritè ſit baptizatus, ea verborum forma vtatur, ſi baptizatus es non te baptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, Ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen: quam formam etiam ſeruet omnino cum infans expoſitus offertur baptizandus, licet appenſum collo ſcriptum habeat, quo baptizatus ſignificetur, ſi rē diligenter perquiſita dubium adhuc ſit, eum uel non baptizatum, vel minus rite baptizatum eſſe: At vbi Parocho conſtet infantem rectè baptizatum eſſe, caueat ne iterum eum baptizet, etiam ſub prædicta forma ſi baptizatus es, etc. quis ſacrilegium committeret, & irregularitatis notam ſubiret, ſed ſacras tantum cæremonias adhibere eum oportebit ad baptiſmi collationem, ablutione tamen omiſſa.

Ad baptiſmi collationem vocati accedāt Parochi

nulla

nulla interiecta mora. Alioquin ſi eorum culpa contigerit, vt ſine baptiſmo decedant infantes, grauiſsima pœna à nobis punientur.

In baptiſmo conferendo religioſè ſe gerant, clarè, & diſtinctè legant, debitam formam debita intentione pronunciantes.

Parochi crebrò populum ſuum publicè, ac priuatim, præcipuè verò obſtetrices doceant baptiſmi formam, nihilq; verbis addendum, vel detrahendum, verbaq; proferenda, dum aqua infunditur, eas verò quas periculo, & examine facto, eam formam compererint ignorare, eo obſtetricis munere fungi ne patiantur, quouſq; rectè inſtructæ ſint; inſtruere autem eas ipſi debent in Eccleſia.

Infantibus, qui baptizantur, ea nomina ne imponantur, quæ turpia, aut ridicula ſunt, quæuè gentilium, & impurorum hominum memoriã referant: ſed illorum qui ob veræ pietatis, virtutiſq; chriſtianæ commendationem in ſanctorum ordinem relati ſunt, vt & in ipſo ingreſſu cum Ethnicis ne nomen quidem commune fideles habere proteſtentur, & ipſi infantes etiam cum ætate proceſſerint, nominum ſimilitudine

Digitized by Google

ad eorum, à quibus illa acceperint, imitationem excitentur, & præterea frequentius precẽtur, ac eiſdem potiſsimum ſibi ad ſalutem aduocatis vtantur; verum ſi quod aliud nomen, quod grauitatem, ac pietatem præſeferat, parentes imponere optauerint, id non permittatur, niſi alicuius ſancti nomine adiecto.

Habeat Parochus codicem, ſiue librum apte compoſitum in quo baptizati, naturaliumque ipſius parentum compatris, & commatris, vna cum baptiſmi ſuſcepti die, ordine referatur, iuxta formam à nobis præſcriptam ſub titulo de formula librorum, cuius libri exemplum quot annis nobis, aut noſtro generali Vicario detur fideliter in Archiuio obſeruandum.

Vt vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum vnus, & vna adhibeantur, qui de ſacro fonte baptizatum ſuſcipiant, & interroget Parochus antequam baptizet quis debeat eſſe patrinus, & quæ debeat eſſe commater, vt per ipſos ſolos cõtrahatur ſpiritualis cognatio, & ipſi ſoli in libro pro huiuſmodi affinitate notanda confecto adſcribantur: licet alij etiam ſint, qui infantem in baptiſmi collatione tetigerint, in-

ter

ter eos tamen nullum affinitatis vinculum eſſe conſtat.

Parochi ut patrinos doceant eos cum baptizato, eiuſq; parentibus, ea cognatione eſſe deuinctos, vt inter eos matrimonium contrahi nõ poſſit, & contractum dirimatur: quæ quidem cognatio tunc quoq; oritur, cum baptiſmus ſine ſollemnitate domi, & à laico adminiſtratur, & tunc non ſolum inter ſuſcipientes baptizatum de baptiſmo, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem, ſed etiam inter baptizãtem, & baptizatum, baptizatiq; patrem, & matrem tãtum ſpiritualis cognatio contrahatur: At ob ſolum Cathechiſmum cognationis uinculum, ut in baptiſmo inducitur, quod tamen matrimonium contractum non dirimit, ſed tantum impedit contrahendum.

Vt ab eiuſmodi munere arceantur præter hæreticos, Iudæos, & infideles, etiam excommunicati, & interdicti, vſurarij, manifeſti, & qui in concubinatu uiuunt, quique eo anno, vt præceptum eſt peccata ſua confeſſi non fuerint, & ſanctiſsimã Euchariſtiam in Paſcha non ſumpſerint, pater, & mater infantis; Item Monachi,

nachi, alijuè cuiuſuis ordinis, homines religioſi, nec præterea admittantur publicæ meretrices, neq; publica infamia notati, minores quatuordecim annis, ignorantes Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, de quibus Parochus eitam eos interroget, ſi rudiores videat, aut ea ignorare ſuſpicetur.

Illud autem inuiolatè ſeruetur, niſi infanti mortis periculum inſtaret, neq; alius quiſquam eſſet, qui idoneus hoc ſuſcipiendi munus obiret.

Vt ſacramento Baptiſmi adminiſtrato, Parochi patrinos admoneant officij ſui, vt ſpirituales filios perpetuò commendatos habeāt, & diligenter curent, vt hi in chriſtianæ vitæ diſciplina tales ſe præſtent, quales eos fore ſollemniter ſpoponderunt.

Chriſma, aut ſacra baptiſmi aqua, vel linteamina, quibus vnctus infans abſtergitur, à laicis minimè tangantur, nec alicui, quē ipſius infantis parentes ſibi compatrem, commatremque fieri cupiunt attrectanda, aut lauanda tradātur, vel aliud eiuſmodi fiat, vt inde (quemadmodum ipſi putāt) ſpiritualis cognatio contrahatur,

batur, quæ linteamina ne in profanum vſum conuertantur.

Ut denuncietur parentibus, ſeu nutricibus ne propter periculum oppreſsionis infantem intra annum ſecum in eodem lecto teneãt, ſub pæna excommunicationis.

Moneant Parochi puerperas, vt quamprimum poſt partum domo exierint, ad Eccleſiam Deo acturæ gratias accedant, ibi benedictionem à Parocho ſuſcipiant, nec ingreſſu Ecclſiæ interdicantur, ſi huiuſmodi ſollemnitatem miſsam facere voluerint.

Hortamur etiam, vt infantes cum primum ſuis viribus nituntur, & ambulare incipiunt, in Parochialem à parentibus perducantur, vbi à Parocho ſtatis precibus ex præſcripta formula benedictio impartiatur, vt vbi vitæ initium Deo conſecratur, reliquæ omnes vitæ progreſſiones ſint adiutrice diuina gratia ſalutares.

De Sacramento Confirmationis.

QVi baptiſmi ſacramẽtum ſuſceperint, ij perfecti filij Dei effecti ſunt, ſed quaſi modo geniti infantes, & ideo in ſpiri-

Digitized by Google

tuali certamine viriliter pugnare non valentes, propterea, vt robuſtiores reddantur ad ſuperandas mundi, carnis, diaboliq; tentationes, ſacramento confirmationis, eos maximè indigere ſacroſancta docet Eccleſia: Hoc nanq; ſacramento in corda fidelium ſe infundens Spiritus ſanctus, in fide adeò illos confirmat, vt conſtanter vbiq; nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti confiteantur, & prædicent.

Parochi igitur munus erit populum ſibi cõmiſſum ſæpius docere, quanto religionis ſtudio ſuſcipiẽdum ſit hoc ſacramentum, & cum à nobis in Eccleſia adminiſtrandum erit, horum noſtrorum decretorum ſit ipſe memor.

Parochorũ verò munus ſit diem ſacræ illi functioni præſcriptum, in propria Parochiali Eccleſia ante denunciare, ſimulq; vim, & dignitatem explicare huius ſacramenti, atque hortari, vt nondum confirmati quam maxima poſſunt pietate, & religione ad illud ſuſcipiendum accedant. Doceatq; ſacramenti gratiam non conſequi adultos, qui prius peccata ſua non fuerint confeſſi, vel ſaltẽ ex animo dolentes ea admiſiſſe non pænituerit, ne diuinæ gratiæ obicẽ ponant.

Nec

Nec vlli, qui nondum quinq; ſit natus annos confirmationis ſacramẽtum conferatur, niſi aliud nobis videretur.

Moneant prӕterea, vt ieiuni ex ſacrorũ canonũ prӕſcripto ad hoc ſacramentum accedant, hinc mane potius, quàm à prandio miniſtrabitur.

Ne mares ad fӕminarum, neue fӕminӕ ad mariũ, ne pueri, impuberesuè ad maiorum natu confirmationem patrini adhibeantur, niſi ex neceſsitate.

Patrini autem in hoc etiam ſacramento, ne ſint, quos in baptiſmo adhiberi vetitum eſt.

Vnus, vel vna tãtum ſiue vnus, & vna in hoc ſacrum teneãt, nemo verò plures duobus eodẽ die; Ne quis item leuet, quem in baptiſmo, vel Cathechiſmo ſuſcepit, niſi neceſsitas cogat.

Cum in huius ſacramẽti adminiſtratione ſӕpe acciderit ob multitudinem accedentium ad ſuos infantulos confirmandos, parentes ipſos in cõfirmatione filios ſuſcipere, vt deinceps tanto occurratur errori, mandamus, librum per Parochos confici, in quo die ipſa confirmationem prӕceßura nomina, et cognomina compatrum, et confirmandorum diligenter adnotentur, ita

vt ij tantum admittantur, quos inuenerimus in catalogo deſcriptos.

Ne ſuſceptoribus retrahẽdi ab hoc pietatis munere, vel iterandi confirmationis ſacramentum occaſio præbeatur, volumus, ne qui ſuſcipiunt in confirmatione, ſuſceptis, aut eorum parentibus, quidquam omnino largiantur.

Curet diligenter Parochus, vt ſibi ſubditi in aliena Diœceſi confirmati quamprimum ad ſe accedant, quò deſcribi poſſint in libro iam confecto, cum nomine Epiſcopi, qui eos confirmauit, & loci, vbi confirmati fuerint, nec non & patrinorum ſuorum, ne ignota, & occulta remaneat affinitas ea ex cauſa inter eos contracta.

Diligentes ſint Parochi in conficiendo libro, in quo cõfirmatorũ nomina, et cõpatrũ adnotẽtur ſeruatis cæteris omnibus, quæ de conſcribendorum baptizatorum libro præſcripſimus, vt videre eſt inferius in titulo de formula librorum.

Dicta à nobis die collationis huius ſacramenti, eligatur per Parochum Notarius, vel clericus, qui nomina confirmatorum, & patrinorum, vt in libro in titulo de formula librorum in cedu-

cedula, deſcribat, quæ deinde commodè tranſcribi in libro dicto poſſint.

De Sacramento Euchariſtiæ.

ET ſi ſacramenta omnia à Chriſto domino inſtituta Spiritus ſancti gratiā contineant, qua à peccatis mundamur, Regniq; cæleſtis participes efficimur: nullum tamen ſacramentū melius, excellentiuſuè præſtare poterit donum, hoc euchariſtiæ ſacramento, quo nihil præclarius, nihilq; dignius eſſe poteſt: in quo peccata delentur, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum dulcedine impinguatur, in ipſo nanq; nedum diuina continetur gratia, ſed & ipſe gratiarum fons, & Auctor Ieſus Chriſtus, Dei, & Domini noſtri vnigenitus filius: quare vt ſacramentum hoc omnium præſtantiſſimū, ea qua decet reuerentia, & cultu à Chriſtifidelibus tractetur, hæc ſtatuere voluimus.

In Eccleſijs collegiatis, & Parochialibus ſacramentum hoc perpetuò aſſeruetur, mandantes, vt eius tabernaculum ſit inauratum, benefirmum, ac clauſum ex omni parte, vt nec rima,

aut foramen etiam minimum pateat, claue cuſtodiatur, clauem verò habeat apud ſe presbyter verus Dei cultor, ſit honeſtum, ac decenter iuxta facultates Eccleſiæ veſte ſerica, interiori, & exteriori ornatum, Pixis eius ſit aurea, vel argentea, quæ corporale mundum pede ſubſtratum premat.

Et ne particulæ metallum attingant, ſit interior pars pixidis corporali benedicto cooperta, deſuperq; tegatur ſerico conopeo pretioſiori, ſitque tabernaculum in maiori Altari collocatum, niſi aliud Eccleſiæ ſitus, aut neceſſitas poſtulauerit.

Ante ſanctiſsimum ſacramentum ſaltem lampas vna diù, noctuq; colluceat, diebus verò feſtis, ac ſollemnioribus plures ardeant lampades iuxta facultatem illorum, qui oleum ſubminiſtrare tenentur, propter reuerentiam ſanctiſsimæ Euchariſtiæ, vt Eccleſiam ingredientes ſciant, vbi primum adorare debeant Saluatoris noſtri præſentiam.

Expreſsè prohibemus, ne quid in tabernaculo ſanctiſsimæ Euchariſtiæ præterea detineatur, nec etiam reliquiæ, neque alia ſacramēta, quæ alio honeſto loco erunt conſeruanda.

Quin-

Quintadecima quaque die renouentur particulæ ſacræ, aut etiam ſæpius, ſi ſuſpicio corruptionis ſuberit.

Maior verò hoſtia ſacra extra miſſam ad proceſſionem tantum, & orationem quadraginta horarum adhibeatur, quod etiam à regularibus obſeruetur.

In oratorijs, vel hoſpitalibus nullo modo aſſeruetur, niſi ex noſtra licentia.

In monaſterijs autem monialium non, niſi in Eccleſia, eaque, qua ſuperius diligentia, & reuerentia cuſtodiatur.

Cùm autem hoc præſtantiſſimum ſacramentum, ad alendas animas, augendam in nobis gratiã, aliaq; cæleſtia munera impartienda à Chriſto Domino noſtro fuerit inſtitutum, Parochi munus erit fideles ſæpe monere, vt frequenter, ac præcipuè in maioribus ſollẽnitatibus velint hoc ſe reficere ſacramento.

Paſchæ autem tempore ſciant omnes vtriuſq; ſexus, cum ad annos diſcretionis peruenerint, ſe hoc ſacroſancto ſacramento reficiendos, & in Parochiali Eccleſia, & non alibi, niſi ex rationabili cauſa, aliter fieri noſtra, vel Parochi licentia

centia

centia permiſſum fuerit: qua in re, cum grauis, nec quidem ferendus abuſus irrepſerit, & plures communicare in propria Eccleſia vel erubeſcant, vel negligant, ac Parochi nonnulli ſumpta etiam mercede ſuis Parochianis alibi communicare permittant: Hoc decreto ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrēda, Parochis interdicitur, ne pro eiuſmodi licentia impertienda, quidquam capiant, nec etiam ſub pœna noſtro arbitrio irroganda alicui hoc concedant, vt ſacram communionem extra Parochiam ſumant, ſed raro & neceſſaria tātum de cauſa per nos ſcripto approbāda facultatem tribuant.

Parochi ſingulis annis vniuerſos, & ſingulos ſibi in curam traditos deſcribant, qui ex præcepto Eccleſiæ in Paſchate ſacram Euchariſtiam ſumere debent, nec vero illam paſchali eo tempore cuiquam miniſtrent, niſi qui ſibi, aut probato confeßario confeßus ſit, cuius confeſsionis teſtimonium ſcriptum afferat, & vt fraudibus multis occurratur. Id confeßarius pœna ſuſpenſionis ab adminiſtrando ſacramento propoſita, iubetur, vt hanc teſtificationem faciant, &

apud

apud ſe in libello nomina confitentium diligenter notent, quæ poſt alteram ſaltem ab octaua Paſchæ, hebdomadam omnino ad nos deferãt.

Qui eo tempore abſuerit, vbi primum redierit, ab eo Parochus teſtimonium cõfeſsionis, & communionis requirat: alioqui quouſq; ille in propria Parochia ſacram Euchariſtiam ſumpſerit, cum ijs qui non ſumpſerunt, ab Eccleſia arceatur viuus, & mortuus careat eccleſiaſtica ſepoltura.

Tempus autem, quo communicare tenentur fideles in Paſcha, intelligatur præſcriptum à Dominica palmarum vſq; ad octauam Paſchæ incluſiuè, quo elapſo tempore, Parochi eos, qui ſacrã communionem ſumere neglexerint ad nos, ſeu ad noſtrum Vicarium deferre teneantur.

Decimoquinto die poſt Paſcha vnuſquiſque Parochus intra Parochialem miſſam vna pro trina monitione generatim omnes moneat, vt qui præcepto Eccleſiæ nondum ſatisfecerint, ſaltem infra hebdomadam ſequẽtem confeſſi, ſacram ſumant Euchariſtiam, quo tẽpore peracto mox primo die feſto nominatim omnes, qui nõ communicauerint, ingreſſu Eccleſiæ, & ecclæſiaſti-

ca

ca ſepultura interdictos denunciet, qua de re statim nos certiores faciat.

Excuſabuntur ab hoc præcepto ij tantum, qui de Parochi, vel confeſſarij conſilio communicare diſtulerint, dum tamen, ne vltra Pẽtecoſten, niſi ex graui cauſa, & legitima à nobis, vel à Vicario noſtro generali approbanda, eam differant.

Qui verò in Parochijs interdicti fuerint, in Metropolitana etiam Eccleſia, atque in alijs finitimis Parochialibus Eccleſijs denuncientur.

Qui nõ ante abſoluantur, quàm cauerint, ſe tempore à Parochis præſcribendo peccata confeſſuros, & Euchariſtiam ſumpturos eſſe, ac in poſterum Eccleſiæ præceptis, atq; huic potiſsimum obtẽperaturos; Parochus deinde eoſdem ſignificet iam abſolutos eſſe.

Vt concubinarij publici, fæneratores, coniuges nõ cohabitantes, haud præcedente legitimo diuortio, & peccatores publici, quàm diu in peccatis perſeuerent, ad ſacram communionem non admittantur, qui etiam peracta pænitentia ſemel admisſi in eodem luto hærere deprehẽſi fuerint, ne amplius illos Parochi admittant, niſi

eos

eos vitam, & mores emendaſſe apertè ſibi conſtiterit.

Adoleſcẽtes cum primum ſacram communionem percipere voluerint, à Parochis, vel confeſſarijs erudiantur, de huius ſacramenti præſtantia, ac dignitate, atque admoneantur ad illud percipiendum opus eſſe ieiunio naturæ, cum ſit diſcrimen inter menſam, & menſam cognoſcendum; Curabit verò Parochus frequenter proponere admirabiles huius ſacramẽti fructus, ne fideles lateat, qua præparatione, & quanta animi religione, ac pietate, quam humili etiã corporis habitu ad illud ſumẽdum accedere debeant, quàm graues pænæ, ſuppliciaque parata ſint indignè illud ſumentibus.

Si verò contigerit aliquos in miſſa communicare, obeat id munus ſacerdos, ſimulatq; communionem ipſe ſumpſerit, at ſi ſtatim poſt miſſam ſacramentum miniſtrandum ſit, ſacerdos caſulam, & manipulum deponat, ſi verò extra miſſam ſuperpelliceum, & ſtolam ſit indutus.

Cum miniſtratur, primo eccleſiaſticis hominibus ſuperpelliceum, & ſi ſacerdotes ſint etiam ſtolã indutis ad altare id fiat, deinde laicis maribus,

H tum

Digitized by Google

tum feminis loco tamen à choro, & altari aliquantulum remotiori, ſi frequẽs ſit multitudo, viri, à mulieribus ita ſeiuncti ſint, vt ſe ſe mutuo conſpicere nequeant, vel in diuerſis capellis, viri ſeorſum à mulieribus communicent.

Dum autem ſacerdos ſacram Euchariſtiam miniſtrat, facta prius à Clerico latina confeſsione, & dicto à ſacerdote Miſereatur, & Indulgẽtiam, reuerenter ſacramentum in manibus accipiens ſtans nudo capite, ter proferet illa verba Domine nõ ſum dignus, etc. Idipſum quoq; ſeruabit in proceſſionibus, in quibus defertur ſacramentum dum cantatur: Tantum ergo ſacramẽtum. Adeò vt quotieſcunq; mane ſacramentum tenet, nunquam genuflectere debeat, ſed ſtare; cum verò multitudo fidelium aderit, quæ Euchariſtiæ ſacramento refici voluerit, eos debito ordine, atq; omni, qua fieri poterit deuotione genuflectere faciat Parochus, atq; adſint duo clerici, qui linteum mundum extẽſum ante illos teneãt, ne propter incuriam aliquam ſacramentum in terram decidere poſsit, illoſq; primo tantum communicabit, qui in illo ſolum ordine genuflexi reperiũtur, & ſi quis interim acceſſe-

acceſſerit extra dictum ordinem, vt communicationem accipiat, eum prætereat, ne irreuerentiæ actus aliquis appareat, aut ſcandalum oriri poſsit, præmoneatque ut alium ordinem orando expectet.

Vbi verò fideles ſacram cõmunionem perceperint, non in calice, nec in vaſe formam calicis habẽte eis purificatio præbeatur, ne forte imperiti ex eo putẽt ſe ſanguinem Domini ſumere, ſed duo alia vaſa ex vitro, aut cryſtallo confecta ad cõmunicantium vſum adhibeantur, quorum in altero ſit vinum aqua miſtum, in altero verò vinum merum, vt cuiuſq; ſenſui commodè ſatisfiat: Neuè etiam in communione Paſchæ, peluicula, aliudue vaſculum ad eleemoſynam circumferatur, nec verò eleemoſyna directè, vel indirectè quæritetur, ſed qui ſpontè voluerit quidquã offerre, oblationis tempore, illam erogent, aut alias in capſulam coniiciant pro eleemoſyna illius Eccleſiæ conſtitutam.

Vt ad ægrotos ab ipſo Parocho, vel eo neceſſaria cauſa impedito, ab alio ſacerdote, ad confeſsiones audiendas probato, ſanctiſsima Euchariſtia ſumma cum religione deferatur, populum

ſæpe ac ſæpius hortabũtur Parochi, ut frequens ſanctiſsimam Euchariſtiam aſſociet. Quamobrem quiſq; in ſua Parochia ubi id commodè fieri poterit ſocietatẽ Corporis Chriſti inſtituat, & vbi inſtituta fuerit ad ægrotos ſacram communionem delaturus certis campanæ ictibus, ſodales, alioſq; fideles ad ſanctum ſacramentũ aſsociandum præmoneat.

Si quis in via ſacerdoti ſacram Euchariſtiam deferenti obuiam ſit, ſi equo, vel mula vehitur, deſcendat, & tam ipſe, quàm cæteri omnes flexis genibus humi, tã diù in adoratione permaneant, dum ille cum ſacramento tranſierit.

In vaſe argenteo, inaurato, quod vel tenui, & decoro linteo, vel ſerico velo ſit coopertum, deferatur ſanctiſsimum ſacramentum, in quo, cũ per loca ædifitijs frequẽtia portatur, ſint duæ ad minus ſacræ particulæ, ita, ut eundo, & redeũdo deferatur ſacramentum, ne ſacerdote ad Eccleſiam redeunte, inane vaſculum populus adoret.

Sacerdos ſacramentum deferens ſit ſuperpelliceo, ſtolaque, & ſi cõmodè fieri poterit pluuiali indutus, Pixidem vtraq; manu comprehenſam

tenens,

Digitized by Google

tenens ſub vmbella, clerico cotta veſtito præcedente, cum aqua benedicta, librum ritualem, & corporale geſtante, & tintinnabulo, cuius ſonitu, populus excitetur ad illud adorandum, interim ſacerdos hymnos, & preces, pſalmoſq; pronunciando incedat, neminem inter deambulandum ſalutans, ſed demiſſis oculis in terram capite nudato, inceſſu graui, toto ſit corpore, ut ſingulare pietatis, & deuotionis exemplum præſeferat, luminibus quàm fieri poteſt pluribus adhibitis, quodſi propter pluuiam, tēpeſtatemq; periculū immineat, vt extinguantur, adhibeatur vna atq; altera laterna, ne contingat ſacramentum deſtitui lumine.

In ædibus ægroti menſa aliqua mundo ſtrata linteamine ſit præparata, ac duobus candelabris cum candelis accenſis, & ſacra imagine, corporali deſuper poſito, in quo ſacrum uas deponat.

Si vero ad difficilia acceſſu loca, vel noctù via præcipiti, ac lubrica, & locis aſperis, montoſiſque defertur ſacramentum, vaſculum, quo defertur ſacra Euchariſtia, in ſacculum ſericum, ac decentem, qui à collo pendeat includatur, vt ſi forte ſacerdos laberetur, ſacramentum in terram

ram

ră decidere nullo modo poſsit; Ad ſimilia loca vnica tantum particula deferatur, vel plures iuxta numerum infirmorum, ſi plures in eodem loco, vel itinere debeant cõmunicare: ſacerdos verò ad Eccleſiam redeat ſuperpelliceo exutus, ac luminaribus extinctis.

Ne cui deferatur ſacramentum per modum viatici, niſi ijs infirmis, quibus uitæ imminet periculum, qui, ſi ita neceſsitas exegerit, aliquot poſt dies iterum in eadem infirmitate ſalutari cibo eodem modo refici poterunt, ſi quis autem deuotionis cauſa cõmunicare uoluerit, non niſi ieiunus huius ſacræ menſæ bañeficio perfruatur.

Non licet ſacroſanctam Euchariſtiă ad ægrotantes deferre, qui morbi grauitate, eam ſumere nequeunt, ſed venerationis gratia ſolent eam adorare, ſeu deoſculari, quòd ſi fortè aliquo in loco talis irrepſerit abuſus, prorſus eſt tollĕdus, ſi uerò Parochus infirmum ita morbo affectum inueniat, ut decenter, ac ritè eam miniſtrare non poſsit, Pixidem cum ſacris particulis ſuper corporale in eadem menſa collocet, ac ſanctiſsimum ſacramentum genibus flexis vna cũ ægroto, & cæteris aſtantibus dəuotè adorabit, mox diſceſſu-

diſceſſurus Euchariſtia Pixide incluſa, ægroto benedicat, quod ſi ægrotus poſtulauerit, liceat ſacerdoti ſacramẽtum aperta Pixide oſtendere adorandum.

Ne reo capitis damnato hoc ſacramentum Chriſti corpus pridie eius diei, quo mortis ſupplicio plectendus eſt, denegetur, modo ſit ieiunus ieiunio naturæ: Itaq; magiſtratus hortamur, ac obſecramus, ut quo die ſanctiſsimum Domini corpus ſumpſit, Chriſto redemptori, qui pro illius etiam anima ſanguinem profudit, libentiſsimè concedant, quò tanto ſacramento debita adhibeatur reuerentia, vel ſaltem quatuor ante horas hoc ſalutari præſidio muniatur, quàm vltimo afficiatur ſupplicio, maxima enim ſpeties irreuerentiæ eſt, ad mortem eum trahere, qui credi poteſt habere ſanctiſsimam Chriſti humanitatem eius diuinitati unitam, quæ omnium vita eſt, intra ſe latentem.

Caueant autẽ Parochi, ne quemquam propter incuriam, ſeù negligentiam ſine uiatico decedere patiantur, quod ſi fecerint, noſq; huius rei certiores facti fuerimus, pænas dabunt arbitrio noſtro grauiſsimas.

De

De Sacramento Pænitentiæ.

INter cætera Eccleſiæ ſacramēta, ſine quibus ſpes vlla ſalutis peccatoribus eſſe nō poteſt: hoc vnum præcipuè ſacramentum docuit Chriſtus cum diceret: Niſi pænitentiam habueritis, ſimul omnes peribitis, vt igitur ad hoc tam neceſſarium Eccleſiæ ſacramentum, ſine quo peccatorũ remiſsionem à Domino impetrare nemo poteſt fideles, ea, qua fieri poteſt, præparatione accedāt.

Parochi munus erit populum ſibi creditum ſæpe docere, quæ ad illius fructum conſequendum ſint neceſſaria, veram ſcilicet cordis contritionem, humilem, ac ſimplicem oris confeſsionem, nec non integram operis ſatisfactionem, quo nam modo cordis vera contritio acquiratur, qualis eſſe debeat vera confeſsio, quis ſit verus ſatisfaciendi modus, & demum quæ ſint harum partium conditiones, uires, fructus, & utilitates.

Verum quoniam ſacerdos, huius ſacramenti miniſter, non tantum Iudicis, ſed & medici vices gerit, operepretium erit ſcire, quod diſcrimen ſit inter lepram, & lepram, inter pollutũ,

&

& mundum, inter profanum, & ſanctum, ſcire diſcernere inter peccatum mortale, & veniale, ne ignoret congrua ægrotis medicamenta præbere, ac peccatis medicinam, nedum curatiuam, ſed præſeruatiuam adhibere, ut peccatorum quantum fieri poteſt tollatur occaſio.

Itaq; ſancta Tridētinæ Synodi auctoritate adducti ſub excommunicationis lata ſententiæ pœna prohibemus, ne quis ſacerdos ſecularis, ſiue regularis Chriſti fidelium confeſſiones audire præſumat, niſi eiuſmodi ſit, qui ætate, morū probitate, ac doctrina conſpicuus appareat, ac niſi prius per examen approbatus, facultate à nobis, vel à Vicario noſtro in ſcriptis obtenta.

Regularis item non ante examinetur, quàm ſuperioris ſui teſtimonium de probatis moribus attulerit.

Parochi, initio quadrageſimæ intra miſſarum ſollemnia populum ſibi ſubditum grauiter, ſolicitèq; moneant, ut de peccatis confiteatur, quāobrem ſæpius in quadrageſima explicent illi cōſtitutionem in Conc. Lat. ab Innoc. iij. Pont. editam, cuius initium eſt, omnis vtriuſq; ſexus, cenſuramq; proponant.

Maximum illud malum, latiſsimèq; patens Parochorum, & confeſſariorum culpa magna ex parte, euenire ſatis conſtat, ut homines in aliquo peccati genere pertinaces nunquam reſipiſcant, & cum Eccleſiæ præcepto, quod de ſancta confeſsione, & communione latum eſt, uideantur ſatisfacere, in peccato tamen ſemper perſeuerent: Itaq; Parochi pro ſui muneris ratione eiuſmodi malo diligentiſsimè occurrere ſtudeāt: ne præter propria, peccatorum etiam alienorum rei conſtituantur, omni piæ, ardentiſq; cohortationis officio, peccatores à praua eorum conſuetudine auocare conētur, qua uia, & ratione ſe quiſq; ex peccato ſuo eripere poſſit, prudenter doceant: opportunas reprehenſiones quandoq; adhibeant, pænitentias ad eandē rationem accommodatas, & pro culpæ modo, & conditione graues imponere ne omittant, ne facilitate ſua, peccādi licentiæ occaſionem præbeant: Diligenter exquirant num fortè pænitēti alias fuerit abſolutio negata, & propterea fraudulenter, à ſe eam extorquere nolit.

Concubinarijs, blaſphemis, & eiuſmodi peccatoribus impænitentibus, ne abſolutionem ante im-

impartiantur, quãuis illi deinceps ſe non peccaturos ſpondeant, niſi poſt aliquod temporis ſpatium, quod ſatis eſſe cauerint, periculum antefecerint.

Præcipimus omnibus cõfeſſarijs etiam Regularibus noſtræ Diœceſis, ut antequam cõfeſſionem audiant, quos Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, decẽq; præcepta Dei ignorare ſuſpicentur, ea recitanda curent, & ſi illos ignorare deprehenderint, arguant, imponantq;, ut certo tempore ſibi præfinito addiſcant: quod ſi adeò rudes ſint, vt ea memoriæ mandare nequeant, ad illos, quos in Ciuitate, & in alijs locis huic muneri præfecerimus remittant.

Ii autem certum temporis ſpatium ad ea diſcenda præſcribant, quod ſemel, atq; iterum prorogare eis liceat, & ſi aliquem penitus ineptum, & rudem cognouerint, ſcriptum ei teſtimonium dent, vt in poſterum abſq; huiuſmodi recitatione eius confeſſio audiri ab alijs poſſit, ſi modo eos fidei articulos quoquomodo teneant, quos ad ſalutem conſequendam ſcire neceſſe eſt.

An licet confeſſarij ſciant pænitentem Orationem

Dominicam, cum reliquis ſupra commemoratis memoria tenere, ſi tamen dubitetur eum non intelligere, quæ articulis fidei continentur, & ad ſalutem neceſſaria ſunt, diligenter eum interrogent, neque eius confeſſionem ante audiant, quàm illa, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria fuerit edoctus.

Cōfeſsiones autem nullus in monaſteriorum cellis, aut in priuatis ædibus, præterquā in caſu infirmitatis audire præſumat, ſed in publico, & aperto Eccleſiæ loco, ſub pæna ſuſpenſionis, audiendæ ipſo facto incurrenda; Mulierum verò ægrotantium confeſſiones in ædibus priuatis nō niſi oſtio cubiculi aperto audiantur.

In confeſſionibus audiēdis ſedes ita conſtituatur, vt inter confeſſarium, & pænitentem tabella media ſit interpoſita, in quam lamina ferrea, vel ſtamnea plena foraminibus incluſa tactum prohibeat, auditum verò minimè impediat. Propterea huius noſtri ſynodalis decreti auctoritate præcipimus harum ſedium formā in Eccleſijs tam ſecularium, quàm regularium, intra menſem conſtitui, ſub pænis arbitrio noſtro infligendis, omni præterea diligentia cauendum

eſt

eſt, ne cuipiam ulla in adminiſtrandis ſacramẽtis ſuſpitionis, aut offenſionis occaſio tribuatur, propterea prohibemus, ut ante ortum, aut poſt occaſum ſolis, nullus cõfeſſarius mulierum confeſſiones, niſi ex neceſſaria cauſa audiat: qui vero mulierem in Eccleſia extra eiuſmodi ſedẽ confitentem audierit, ab audiendis confeſſionibus arbitrio noſtro ſuſpendatur.

Vt abuſus etiam occaſio tollatur, prohibetur regularibus ne in alienis eccleſijs, ſed in ijs tantum, quæ ſui ordinis ſunt, confeſſiones audiãt, niſi quandoque ab ipſis Eccleſiarum Rectoribus ex aliqua legitima, ac neceſſaria cauſa euocentur.

Parochi munus erit ſæpe medicos hortari ſub pænis à ſacris Canonibus, & nouiſsimè per conſtitutionem fel. rec. Pij V. ſtatutis, ut cum primum ad infirmos acceſſerint, eos de confeſsione ſtatim facienda admoneant, nec tertio inuiſent non confeſſos.

Confeſſarij autem teſtatum certo ſcripto faciant, quorum ægrotorum confeſsiones audierint, ſe audiſſe, quod teſtimonium poſt tridui ſpatium niſi medici perſpexerint, ægrotorum curationẽ

ex

ex Pōtificis Pij V. preſcripto deferant, alioqui ſciant ſe illius ſanctionis pænis irretitos eſſe, ſi verò confeſſarij in teſtimonio dando negligētes ſe præbuerint, pro modo culpæ punientur, ac ſi biduo diſtulerint; Regulares ab audiendis confeſſionibus ipſo facto ſuſpenſi ſint; alij verò pecuniaria pæna noſtro arbitrio pijs locis applicanda mulctentur.

Præfecti omnes etiam Monaſterijs regularium, quocunq; nomine appellētur, ſingulis annis ante quadrageſimam confeſſariorum probatorum nomina ordine deſcripta ad nos deferant, vt eorum numero cognito, gregi noſtro quantum in nobis erit conſulere poſsimus, eorumq; indicem ſacriſtiæ foribus, alioue eccleſiæ loco conſpicuo affixum perpetuò habeant.

Confeſſarij cum ab omni peccati labe ſe puros, atq; integros adiutrice diuina gratia conſeruare debeant, tum illud etiam atque etiam videant, vt auaritiæ, aut ſimoniæ non modo vitium, ſed ſuſpitionem etiam omnem, vel minimam fugiant: vſque adeò vt miniſterium quod ſuſceperunt, non lucri cupiditate inducti, ſed ſalutis animarum Zelo ſanctè, ſincerè, gratiſq; in

Do-

Domino gerant: quare ne in huius ſacramenti adminiſtratione eiuſque cauſa aliquid nec antea, nec poſtea exigant, neuè petant directè, vel indirectè, ne tacitè quidem, ne dum verbis, aut ſignis, aut alia quauis ſignificatione, ſi quis huic decreto non obtemperauerit, Is cum grauiter offendat huius grauis culpæ reus, ſuſpenſionem à diuinis ipſo facto ſubeat.

Si quando pro criminis qualitate aliquæ pœnæ pecuniariæ ſint irrogandæ, eas nullo modo confeſſarius ſibi attribuat, ſed in vſum pium, aut in opera pietatis conuertat, ad pœnitentis beneplacitum.

Canones pœnitentiales, vt vniuerſæ ſatisfactionis modum pro ratione culpæ moderari ſciat, bene nouerit, efficiatq; diligenti cura, vt pœnitentes, & peccati grauitatem agnoſcant, & eccleſiæ benignitatem in mitigandis ipſornm Canonum pœnitentijs tanto maiori animi dolore, ſeu contritione compenſent.

Animaduertat, ac diligenter perpendat confeſſarius, quod ſi pœnitens in aliquam certam excõmunicationis maioris ſententiam propter inobedientiam, vel ob non ſolutionem pæcuniæ, uel rei

rei incurrerit, nõ debet ipſum à tali excommunicatinne abſoluere: niſi prius iuramento præſtito de ſtando mandatis ſuis, de parendo Eccleſiæ præceptis, deque præſtando ſufficientem emendam læſis, atq; ſatisfaciendo iuxta facultates ſuas, nam ſi tunc non eſt ſoluendo, ſaltem iuratoriam præſtet cautionem ſe cum primum potuerit ſatisfacturum.

Diligens ſit inquiſitor confeſſarius, ac ſubtilis inueſtigator, & pænitentium conſcientiam omni diligentia examinet, an fæneraticios, alioſque iniuſtos contractus exerceant, legata pia perſoluant, aut quouis modo aliena iniuſtè poſsideant, vel retineant, ſciatq; neminem in huiuſmodi caſibus debere abſolui, niſi prius facta reſtitutione debita, ſi poteſt, vel data quamprimũ ſatisfaciendi cautione.

Si cõfeſſario videbitur ob delicti enormitatem, uel ob aliam quamlibet cauſam confitenti differre abſolutionem, vel ob defectũ poteſtatis in caſu reſeruato negare, nec aſtantibus ſcandalum deferatur, Confeſſarius ſecretè pronunciet, ac ſi eum abſolueret, Pater noſter, ac Aue Maria, ſeq; abſolutionis ſententiam non protuliſſe illum

illum faciat certiorem.

Ne autē à caſibus ſanctiſsimo Domino noſtro præſertim in Bulla Cœnæ Domini, & nobis reſeruatis aliquem abſoluat confeſſarius, eamque ob cauſam in pœnam excōmunicationis incurrat, aut pænitentes inabſolutos remittat, dictam bullam, ac caſus nobis reſeruatos in calce, hiſce noſtris ſynodalibus conſtitutionibus adijciendos curauimus. A quibus caſibus nobis reſeruatis, etiam Regulares, qui confeſſiones audiendi à nobis ſcriptam licentiam obtinent, quorumuis priuilegiorum ſuorum prætextu, niſi à nobis ſpecialiter eis conceſſa ſit, abſoluendi poteſtatem non habeant, quemadmodum à S. Sede Apoſtolica declaratum eſt.

Aduertat tamen diligenter confeſſarius, quod ſi virtute Iubilei abſoluat, ſciat auctoritatem ſuam, vltra caſus in Bulla contentos non extēdi, nec cum eo, qui irregularitatem incurrerit poſſe diſpēſare, niſi nominatim in eo diſpenſandi ſuper irregularitate facultas exprimatur: nā data facultate abſoluendi, non conceditur diſpenſandi facultas: Nouerit etiam abſolutos vigore Iubilei in foro conſcientiæ, in foro con-

tentioſo non eſſe abſolutos.

Ob ſola contritionis ſigna patefacta ab eo, qui ſua peccata confiteri non poteſt, licet poſsit Chriſti corpus viaticum, & extrema vnctio ei exhiberi. caueant confeſſarij ne quempiam infirmum, qui loqui non poſsit, ſacramentaliter abſoluãt, niſi is ſaltem ſignis, aut nutu peccatum aliquod confiteatur, verum ſi infirmus contritionis ſigna oſtenderit, ac confeßarium petierit, & in confeſſarij aduentu ingraueſcente morbo, nullũ peccatũ ſignis, aut nutu confiteri valeat; tunc ſi illam ſententiam ſequi intendat, quod abſolui ſacramentaliter poſsit, nullatenus abſolutionem prædictã impendat, niſi adhibita hac cautela, ſi capax abſolutionis es ego abſoluo te, etc.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

V*Erſutus ille hoſtis, tortuoſus aduerſarius diabolus, qui omnibus diebus vitæ noſtræ circuit quem deuoret, in extremo tamen vitæ termino, & quidem difficillimo, ei tanquam fidelium calcaneo adeò inſidiatur, ut omnes tunc vires ſuas colligat, quo illos vel in nimiæ fiduciæ ſecuritatem, vel in profunda deſpera-*

ſpera-

Digitized by Google

rationis foueam inducat: quibus periculis occurrẽs pijſsimus Deus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, extremæ vnctionis ſacramentum inſtituit: quo muniti fideles aduerſus Diaboli inſidias fortiter ſtare, ac ſuperare poſsint.

Itaque Parochus cum alia paterna officia ægrotis ſuis debita præſtare ad eorum ſpiritualem vtilitatem ne omittat: Tum illud opportunis cohortationibus curet, vt ſacramentum extremæ vnctionis, in vitæ periculo conſtituti, nõ ſolum libenti animo ſuſcipiant. ſed magna etiam fide, & voluntate ſibi miniſtrari petant, tamquam ſalutare remedium nõ ſolum animæ, ſed etiam corporis quãdo ita ægrotorum ſaluti magis expediat, curet igitur is, vt hoc ſacramentũ miniſtret, dum ægrotus adhuc mente, & ratione viget. quod ſi tamen acciderit, vt ſacramento nõ ſuſcepto, ſenſum quis amittat, ei tamen adhuc ſpiranti illud miniſtret, ſi modo talis ſit, qui illud petiturus, aut libenter ſuſcepturus exiſtimetur, ſi ſenſum non defeciſſet. ſi quis autem dum vngitur, moritur, eum ſacerdos inungere deſiſtat.

Ad ſacrum hoc miniſteriũ qualibet etiam noctis

hora paratum ſe præſtet, & non ſolum ire non recuſet, ſed nullam etiam det ſignificationem ſeſe grauatè ad illud debitum charitatis officiũ perficiendum accedere, Itaq; diligenter curabit Parochus, vt nullus in tam ardua lucta, ac periculoſo certamine hoc ſalutari præſidio deſtituatur: Alioquin pœnas arbitratu noſtro dabit grauiſſimas; In eodem morbo quantumlibet diuturno, ne quis bis inungatur, niſi quis ſanus factus denuò in morbum, vitaque diſcrimen inciderit.

Cum autem presbytero hoc ſacramentum adhibetur, non interior pars manus, quæ in ordinatione vncta eſt, ſed exterior vngatur.

Parochus tantum hoc ſacramentum miniſtret, quod ſi neceſſitas inſtet mortis, alij quoq; preſbytero illud miniſtrare licebit.

Si per errorem aliud oleum, quàm infirmorum, ut puta Chriſmatis, aut cahechumenorum adhibitum fuerit, vnctio cum oleo infirmorum iteretur, & forma repetatur.

Cum autem illa verba profert ſacerdos, per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quidquid oculorum

lorum vitio deliquiſti, nec ante, nec poſt, ſed tūc oculos, & vtramque aurem inungat, idipſum in cæteris corporis partibus inungendis ſeruabit, cauendum eſt item, ne vnus vngat, alter verò verba pronunciet.

In adminiſtratione verò huius ſacramenti clericū lumina, & crucem prædeferentem comitem habeat Parochus ſuperpelliceo, ſtolaq; indutus, Neque alio prorſus vtatur oleo, quam ab Epiſcopo ad id conſecrato, & benedicto (quod eſt huius ſacramenti materia) ſingulis annis renouando, vas in quo aſſeruatur hoc ſacramētum argenteum ſit, aut ſtamneum, ab alijs ſeparatum, & cum ad infirmos defertur, velo, aut ſerico panno ſit coopertum.

Vt autem Parochus hoc ſacramentum ritè, & rectè adminiſtrare valeat, quæ ſequuntur animaduertat. Hoc dari non poſſe ijs, qui peccare non potuerunt: Unde pueri ſacramenti pœnitētiæ incapaces, huiuſmodi etiam ſacramenti incapaces cenſentur, præterea amentibus à natiuitate, & furioſis denegandum.

Item ad tempus furioſis, ſi timetur irreuerētia, ijs præſertim, qui lucida habentes interualla illud

non

Digitized by Google

non petierunt quarto nauigationẽ, vel bellum aggredientibus: quinto, qui morti ſunt adiudicati nequaquam vnguntur. ſexto non omnes infirmi, ſed illi tantũ, qui ſunt in periculo mortis conſtituti: ſeptimo, qui notorio peccato mortali adſtricti inciderunt in phreneſim, uel amẽtiam, niſi aliquod contritionis ſignum prius oſtenderint. Octauo pueri, qui & ſi vſum rationis ad peccandum habeant, & ad ſacramentum pænitentiæ recipiendum, tamen ſi Eucharistiæ ſumendæ ætatem nondum habent ne ungantur, quia hoc ſacramentum uiatico ſuccedit.

Quamuis omnibus infirmis in mortis articulo conſtitutis ſit miniſtrandum hoc ſacramentum: ſenibus tamen qui non infirmitate, ſed ſenio ipſo conficiuntur, erit etiam concedendum, vulneratis præterea, morti propinquis, ac mulieri puerperæ morienti: qui morbo repentino præuentus, abſque confeſſione, loquela, aliјſque ſenſibus omnino priuatus, ſi talis erat vir probatæ vitæ, ac famæ vngẽdus eſt: ſi verò malus, atque in publico mortali peccato conſtitutus, & obſtinatus, niſi ante aliquod oſtenderit ſignum con-

Digitized by Google

contritionis non erit inungendus: quam diſtinctionem obſeruent Parochi etiam in eis, qui in perpetuā phreneſim, vel amentiam inciderunt.

Parochus vocatus ad iniungēdum infirmum animam agentem, ne curet ſeruare ordinem conſuetum circa ſollemnitatem, & præcedentes preces, ſed ſtatim eſſentialia miniſtret, ſcilicet vnctiones, ne ille ſine huiuſmodi ſacramento decedat, peractis tamen diligenter vnctionibus poterit, ſuperſtite ægroto, quæ in principio omiſerat, recitare: Verum ſi dubitatur an ſit mortuus, ſub cōditione, ſi non es mortuus vngatur. ſi autem in prima, ſecunda, vel tertia vnctione moriatur, non eſt vltra progrediendum.

Ne differat Parochus hoc ſacramētum miniſtrare moribundis, ſed illis, de quorum morte probabiliter timetur, & quibus hoc ſacramentum abſque miraculo poſsit corporalem præbere ſalutem, & cum infirmus illud cum deuotione, & affectu cordis ſuſcipere poſsit.

Vnctio autem quæ hominibus in renibus, mulieribus in vmbilico fit, cum nequaquam neceſſaria ſit, & aliquo modo honeſtati aduerſetur, omnino quo ad feminas prætermittatur.

Cæci

Cæci à natiuitate, & qui oculis orbati ſunt, & aliquo membro mutilati in parte proximiori partis abſciſſæ hoc oleo liniantur.

Baptizatis in articulo mortis vnctio danda erit quia licet eis ſit remiſſa omnis culpa, & pœna, remanſit tamen pugna contra hoſtem, nec eſt mendacium in forma, licet non deliquerit poſt baptiſmum, quia remanſit in eis debilitas mẽtis, ſcilicet cauſa ex prioribus delictis, quæ non tollitur omnino per baptiſmum.

Si vngatur ſacerdos, uel alius quiſpiam vrgente neceſsitate non eſt alius neceſſarius, qui vngenti reſpondeat, ſed ille poteſt reſpondere ora pro me, & libera me, etc. imo ſi ſacerdos nullum habuerit ſocium clericum, poterit ipſemet adminiſtrare, & ſibimet reſpondere.

Cum Parochus ad vngẽdum infirmum acceſſerit, diligenter eum conſoletur, & hortetur, atque breuibus, ardentibuſq; verbis excitare ad deſiderium vitæ æternæ, & ad ſpem de diuina miſericordia concipiendam, ne opportunè deſiſtat, atq; à curis, ac deſiderijs huius vitæ, ad cæleſtis beatitudinis cogitationem ita erigat, vt obiecto mortis metu, ſe à Deo in æternam requiem vocari

cari gaudeat, cùm propè moribundus eſt; in illius animæ commendatione, quam maxima poteſt intima animi pietate, ſtatas, religioſas, ſanctaſq; preces recitet, aſtantes moneat, vt pro eo Deum deuotè, ac religioſè precentur, ſi æger adhuc viuit, aut animam agit ne eidem præſens adeſſe, omniaque ſalutaria officia præſtare omittat, ſi verò alijs grauiter ægrotantibus ſacramenta miniſtrare neceſſe habet, vel quia neceſſarijs Parochialis curæ occupationibus alijs impeditur, tunc ea pietatis officia illi ab alio ſacerdote ſollicitè præſtanda curet, moneatque denique Parochus domeſticos, qui ægroti curam habent, ne poſt extremæ vnctionis ſacramentū infirmo collatum corporis illius curam deſerant, nec eo præſente illum plangant, ne qui res cæleſtes meditari debeat, et animi perturbationem, & exanimationem afferant, neuè eum terrenis de rebus alloquantur, ſed aliquo ſalutari verbo illum conſolentur.

De Sacramento Ordinis.

SAcroſancta Tridẽtina Synodus ſummum ſtudium, ac diligentiam adhibuit, vt ſacerdotes tanta ſint ſcientia præditi, ne illis comminetur Dominus, quod alijs per prophetam minatus fuerat dicens, quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Hinc Epiſcopis omnibus in ordinibus conferendis præcipit, nullum ad ſacros ordines, vel ad presbyteratum debere aſſumi, qui ad populum docendum ea, quæ omnibus neceſſaria ſunt ad ſalutem, diligenter examine præcedente, non fuerit idoneus iudicatus.

Examinatores autem, qui ad minimũ tres erunt, præſertim cum examen de ijs inſtituatur, qui maioribus ordinibus initiandi ſunt, non humanis affectibus obſequantur, ſed Deo ſeruiant, & ſuæ conſcientiæ ſatisfaciant, eccleſiæ vtilitati, animarumq; ſaluti conſulant, ac propoſito ſibi Dei timore, ne quemquam, quem indignũ norint probent: rurſus quem experimento facto, idoneum, dignumq; compererint, ne

reij-

reÿciant, ſed prudenter, ac maturè tum de probando, tum de reÿciendo deliberent: ſeueros, vehementeſq; ſe non præbeant, ſed potius placidos, ac benignos, ne qui examini ſubÿciuntur, deterreantur, & ob timorem vacillent, eamq; cautionem adhibeāt, vt ſi quempiam ita ignarum compererint, vt rerum quæſtionibus facilioribus non ſatisfaciat, ne in alÿs quæſtionibus difficilioribus tempus conterant.

Cum de aliquo exploratum eſt, qua doctrina, vſu literiſq; peritus ſit, non eſt cur pluribus interrogationibus cum eo diutius agatur. Hæc autem examinis actio, ſtata oratione inchoetur, & cōcludatur, eadem examinandi ratio in probandis ad animarum curam electis obſeruetur.

Parochi Vrbani, Diæceſaniq; ſtudeant, & efficiant, vt cum edictum ſacræ ordinationis acceperint, proximè ſequēti feſto populis promulgent, eoſque ad ſupplicationes piè, & religioſè obeundas adhortentur, & illud ſollemnium ieiuniorum tempus deuotè colant, vt vtiles, ac digni operarÿ aſſumantur ad miniſteria eccleſiæ legitimè præſtanda.

Vt menſibus ante duobus, quàm dies ſacræ ordi-

L 2 tionis

tionis ueniat, edictum publicè proponatur, quod in Metropolitana Eccleſia de ſuggeſtu cum frequens populus adeſt primo feſto die euulgatum, valuis poſtea affigatur, vt ab examinatoribus promouendorũ eruditio, morum integritas, uitæq; innocentia, beneficij reditus, patrimonijq; titulus, unde ad victũ neceſſarium ſatiſquiſq; habeat, diligenter inquiratur.

Ad minores ordines promouẽdi per menſem ante nos, aut noſtrum Generalem Vicarium adeãt ſuaq; ſuorumq; parentum, patriæ nomina, Parochialis item eccleſiæ, vel monaſterij, ſi regularis ſit, & in quo item habitat, nomina ad cancellarium noſtrum afferant, & tunc Vicarius generalis Parocho, aut alteri presbytero committat, vt ad Conc. Trid. præſcriptum, de illorum moribus, vita, natalibuſque accuratè perquirant.

Vt quicunq; prima Tonſura, & ordinibus etiam minoribus initiari voluerint, ſi in Ciuitate ſunt feria ſecunda hebdomadæ ordinationem proximè præcedentis, Diœceſani verò quarta ſaltẽ feria eius hebdomadæ, in quam ſacra ordinatio incidit, ad nos examinis cauſa iterũ conueniãt.

Quo

Quo tempore vnuſquiſq; vel primam tonſurã, vel ordines minores, maioreſq; ſuſcepturus eſt: hæc omnia de ſe legitimè teſtata faciat.

Se ex legitimo matrimonio natum, aut ſuper natalium defectu ſecum diſpenſatum fuiſſe.

Se nullo legitimo canonico impedimẽto irretitum.

Se vel origine, vel beneficio eccleſiaſtico, quod in hac Diœceſi obtinet, vel domicilio, vel alia ratione diœceſanũ eſſe, aut Epiſcopi familiarem, qui per triennium cum eo fuerit commoratus.

Præterea à Parocho, & magiſtro ſcholæ teſtimonium habeat, quo de vita ſua, diſciplina, moribuſque teſtatum fiat, quodq; pænitentiæ, & Euchariſtiæ ſacramentum per annum frequẽtauerit.

Hæc præterea doceat qui prima tõſura initiari voluerit, ſe ſacro chriſmate confirmatum eſſe.

Se frequẽter religioſèq; in Eccleſia verſatũ, quodq; ſpes conſpiciatur, eum in clericalis ordinis diſciplina perſeueraturum.

Quorum fidem à Parocho, vel ab eo presbytero, cui in diſciplinam à nobis traditus fuerit, habeat.

Ad minores, maioreſque ordines aſſumendi hæc præterea teſtata faciant.

De

Digitized by Google

De prima tonſura, aliјſque ordinibus ſuſceptis.
De illius ordinis, quem proxime ſuſceperit functionibus in ea Eccleſia, cui adſcriptus fuerit, à ſe præſtitis.
De habitu clericali poſt ordinem ſuſceptum à ſe cõtinuò geſtato.
Horum duorum teſtificationum, à Parocho, vel præfecto Eccleſiæ, cui adſcriptus eſt, habeat.
Maiorem aliquem ordinem ſuſcepturi, hæc præter cætera teſtentur. ætatem ſanctione Tridentina præſcriptam, quo in genere quia peccari frequẽtius contigit, omnis cura, & diligentia adhibeatur, ne fraus vlla fiat, erroruè committatur.
Sciat autem qui promotus in ordine ſacro ante legitimam ætatem, vel ſine literis dimiſſorijs, uel extra tempora à iure ſtatuta, ſe à ſuorum executione ordinum ipſo iure ſuſpenſum eſſe, ex Pij ſecundi Pontificia conſtitutione, qua ſuſpenſione durante, ſi in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerit, eo ipſo irregularitatem incurret.
Beneficium eccleſiaſticum, penſionemuè, aut patrimonium ad vitam honeſtè ſuſtentandam ſatis ſit pacificè poſsidere, quod ne indefinitũ maneat, neq; vllus in poſterum contra ſacri Conc.

Trid.

Trid. præſcriptum ad ſubdiaconatus ordinem promoueatur, qui cenſum non habeat ad victũ ſufficientem, hoc perpetuo decreto ſancitur, vt cenſus patrimonij, vel penſionis, alteriuſuè cuiuſuis annui reditus ducatorum vigintiquinq; ſumma ſit, At ne in inſtrumentis, quæ huiuſmodi cenſus donandi, aſsignandiue cauſa confici ſolent, fraus vlla intercedat, ea ne ab vllo alio conficiãtur, quam ab Archiepiſcopali. Notario in Vrbe, in Diœceſi autem ab eo, quem nos, vel Vicarius foraneus probauerit: ipſi verò ne illa conficiant, niſi prius duo illius loci probatæ vitæ homines iurati atteſtentur, bona illa donata, aſsignatáue à donante iure, ac pacifice poſsideri: Illiuſque conditionis eſſe, vt timendum non ſit, ne ab alio euincantur, vel alias à quocunq; repetantur.

Qui verò ordinem ſuſcepturus eſt, iuret ſe illa nũquam vel donanti retroceſſurum, vel quouis pacto alienaturum, diſtracturumue, abſq; noſtro conſenſu, quoad beneficium eccleſiaſticum, ad uitæ ſuſtentationem ſufficiens obtinuerit.

De ſe, deq; patrimonio denunciationes in Eccleſia parochiali originis, & domicilij publice inter miſſa-

Digitized by Google

miſſarum ſolēnia die feſto factas fuiſſe, ex aliena Diœceſi promouēdi eaſdem præſcriptas omnes teſtificationes habeant, & præterea ab ordinario ſuo literas dimiſſorias de ordine ſuſcipiēdo, ſi ordinarius per ſe ipſum huiuſmodi munus legitime impeditus obire non valeat.

Diſpēſationem ſuper inteſtitijs, ſi quando anteannum ad alium maiorem ordinem pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, & neceſſitate Epiſcopus eum promouendum cenſuerit.

Teſtimoniū comprobationis ſcientiæ per examen, aut literas facultatis de examine faciendo.

Literæ verò dimiſſoriæ de ordine ſuſcipiēdo, & teſtimoniales de præſtitis functionibus, & de uita, morumque honeſtate uetuſtiores ne ſint tribus menſibus, à die ſacræ ordinationis computandis, At verò ſi alicuius diuturna abſentia à ſua Diœceſi antiquiores etiam literas accipi poſtulat, recentiores à Parocho afferat, in cuius Parochia proxime commoratus eſt.

In Regularibus eadem quoq; diligentia adhibeatur, nec eorum aliquis ad clericalem tonſuram, vel ordinem aliquem admittatur, niſi is literas dimiſſorias bimeſtri tempore non vetuſtiores à ſuo

ſuo ſuperiore ordinario de ordine ſuſcipiẽdo attulerit, & teſtimonium item ſe nulla culpa, canonicouè impedimento irretitum eſſe.

Et prætereà niſi ſcriptum, & recens teſtimonium à ſuperiore monaſterij afferat, vt infra.

Se præſcriptæ à Trid. Conc. ætatis eſſe, qua in re cum paſſim peccare ſoleant, ne fraus aliqua fiat quam diligentiſſime examinatores videant.

Se ordinis proximè ſuſcepti, cuius etiam fidem habeat, functiones, & aſsiduum in Eccleſia miniſterium exercuiſſe.

Se progreſsionem in diſciplina eccleſiaſtica feciſſe, & cum ætate vitæ meritum, & doctrinam maiorem accreuiſſe.

Se regularem profeſsionem emiſiſſe.

Se frequentem ſacram communionem ſumpſiſſe.

Se reuerentiam, atq; obſeruantiam erga ſacerdotes, & ſuperiores præſtitiſſe.

Se vita, & moribus præditum eſſe, vt dignè queat ad illum ordinem promoueri, ac interuallum anni poſtremum ordinum minorum gradum, & ſubdiaconatum, ac rurſus inter vnum, & alterum ex ſacris ordinibus interceſsiſſe, niſi neceſsitas, aut Eccleſiæ vtilitas ſuperioris ſui

iuditio aliud depoſcat.

Diligens quoq; examen habeatur de vniuſcuiuſq; ſiue regularis, ſiue ſecularis doctrina, de ijs, quæ ad ſuſcipiendi illius ordinis functiones rite obeundas pertinent, & de vſu, rationeq; recitandi diuinum officiũ, ac etiam Miſſam celebrandi ſi ille ad ſacerdotium promouendus ſit.

De Sacramento Matrimonij.

CVm matrimonij ſacramentum diuina inſtitutione hoc habeat, vt gratiam præſtet, coniugeſq; ſanctificet, Parochi munus erit, ſæpe numero ſibi ſubditos docere, quã præſtans ſit hoc ſacramentum, & ad quem finem à Chriſto Domino fuerit inſtitutum; vt ſciant homines vas ſuum poſſidere, in ſanctificatione, & honore, et non in paſsionibus deſiderij: vt gentes quæ ignorant Deum, quod vt cõmodius præſtare poſsint Cathechiſmum Romanum præ manibus habeant, vnde huiuſmodi ſacramenti doctrinam ſumãt.

Studeant itaq; Parochi ſponſos crebris hortationibus admonere, vt ante matrimonij cõſummationem peccatorum ſuorum puram faciant cõ-

feſsio-

Digitized by Google

feſsionem, ciboq; cæleſti, Altaris videlicet ſacramẽto ſe ipſi reficiant; ne ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, ad carnis deſideria explenda, ſed ad prolis propagationem, & Dei honorem, oſtendant ſe matrimonio copulari.

In ſingulis Parochialibus Eccleſijs ſacrum Concil. Trid. decretum de clandeſtinis matrimonijs, deq; matrimonij libertate vulgari lingua quotannis ter ad minus promulgetur in ſollemnibus feſtis, dum maior populi concurſus adeſſe conſpicitur.

Quæcunq; præterea à ſacra Tridentina Synodo de matrimonio contrahendo, vel de denunciationibus faciendis præſcripta, atque decreta ſunt omni diligentia obſeruentur. Neque liberum ſit Parochis, vel alijs animarum curatoribus abſque licẽtia noſtra illa omittere ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis.

Qui Parochus vnam etiam denunciacionem ſine ſcripta noſtra facultate omiſerit, ipſo facto ſuſpenſionis pœnam incurrat, fieri autem poterũt etiam ijs feſtis diebus, qui non ex Eccleſiæ præcepto, ſed ex conſuetudine loci celebrantur.

Antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus feſtis in Eccleſia, inter miſſarum ſollemnia publicè denuncientur, inter quos matrimonium ſit contrahendũ, ac ſub anathematis pœna præcipiatur, vt ſiquis aliqua nouerit impedimenta, ſtatim denunciet, quod ſi quidquam eſſe impedimenti, quin connubij iungi poſsint, denunciatum fuerit, & ſi per famã, aut vnicum teſtem, id innotuerit, à reliquis monitionibus deſiſtant Parochi, & depoſitione impedimentũ opponentis ad nos tranſmiſſa, ſponſis ſub excommunicationis pœna, cohabitationem, & conſuetudinem inhibeant.

Denunciationes verò non ante fiant, quàm vir, & mulier, eorũue parentes, vel qui puellæ curam gerunt id poſtulauerint, quod ſi diuerſis in Parochijs illi habitent, vtriuſq; item Parochus hoc ipſum ſeruet, aut matrimonium ſaltẽ non denunciet, niſi ab alio Parocho certior factus ſit de petitione, ſeu voto, aut conſenſu eius, qui in ſua Parochia degit, qua in re Parochus caueat ne dum ob matrimonij denunciationem voluntatem exploret, in ea inueſtigatione

ma-

matrimonij ipſius, aut ſponſalium conſenſum requirat.

Parochus de ſtatis tantum denunciationibus ab vtroq; ſeparatim perquirat, & à femina quidem loco honeſto, & in propinquorum conſpectu, ita tamen, vt ne quiſquam audiat, neque ita propè ſit, vt illa præ pudore, vel alia cauſa, minus liberè voluntatem ſuam exprimere audeat, illoſq; etiam ſeorſum moneat, vt videãt, num matrimonio ineundo aliquod eorum impedimentum obſtet, quæ mox explicabuntur, neuè alia, quæ ipſe pro ſuo iuditio, & prudentia proponere debebit.

Studeat itaq; ſcire, an alteri fidem adſtrinxerint, aut iuramento ſpoponderint, an caſtitatis, religioniſuè votum ediderint, an aliquod impedimentum inter eos ſit cognationis etiã ſpiritualis, & affinitatis, vſq; ad gradum pontificio iure, Tridentinoq; Conc. vetitum, illiſq; edicat excommunicationis latæ ſententiæ pœnam eſſe propoſitam, vltra alias pœnas à Iure inflictas ijs, qui in gradu prohibito contrahere ſcienter præſumpſerint, eoſq; omni ſpe diſpenſationis carere; Inueſtiget verò etiam ipſe Parochus, an quod

quod denunciaturus eſt matrimonium aliquod habeat impedimentum, quominus contrahere liceat; quod ſi ex aliqua coniectura deprehẽderit id minus licere, nos ante conſulat, quàm ulterius in denunciationibus progrediatur.

Qui impedimentum aliquod falſum ſcienter attulerit, quo futurum legitimè matrimonium impediat, præter alias iuris pœnas, excõmunicationis etiam vinculo illigetur, quas etiam pœnas ſubeat, qui quouis prætextu aliquid egerit, ſeu iuſſerit, quò matrimonij libertas vllo pacto directè, vel indirectè impediatur.

Præcipimus ſub grauiſsimis pœnis, vt non niſi præſente Parocho, uel alio ſacerdote, de noſtra vel ipſius Parochi licentia tribus, aut ſaltem duobus teſtibus in Eccleſia Parochiali adhibitis, aut alibi, nobis permittẽtibus matrimonia poſthac celebrentur.

Significetur per Parochos omnibus ſuarum Parochiarum Dominis temporalibus, quod ſi quemquam ex ſuis ſubditis quouiſmodo directè, vel indirectè quo minus liberè matrimonia cõtrahant, impedierint, excõmunicationis pœna ſe ſe eſſe innodatos, quã ipſo facto incurrant, prout

Tri-

Tridentini Decreto cautum eſt, qua propter damnandæ, & omnino abolendæ ſunt illæ leges, ſi quæ ſunt, & amouendæ conſuetudines, ſiue potius abuſus, quibus ſubditi ante celebrationẽ contractus matrimonij ad exigendam bonam voluntatem, & beneplacitum Dominorũ compelluntur, & hortantes, & obſecrantes in viſceribus Chriſti, vt ſuæ ipſius ſalutis memores ab eiuſmodi abuſu omnino abſtineant.

Eos autem Parochus ne coniungat, qui quatuor prima doctrinæ Chriſtianæ capita, ſeu rudimẽta ignorarint: neq; cum in Eccleſiã conuenient, vel ad matrimonium cõtrahendum, vel ad benedictionem accipiendam, vlla cuiuſuis generis muſica inſtrumenta pulſari patiatur, quod ſi moniti, id facere detrectauerint, tam diù eis matrimonij celebrationem, vel benedictionem prohibeat, dum ſanctè, ſicuti decet, ad Eccleſiã eo nomine conuenerint.

Quo die matrimonij contrahendi denunciatio vltima facta fuerit, ne matrimonium ſine noſtra ſcripta facultate celebretur, niſi poſtrema ea denunciatio facta ſit pridie illius diei, quo initium eſt Quadrageſimæ, vel Aduentus, ac niſi

item

item Parochus populo præcedente denunciatione, ſignificarit, ipſo poſtremæ denunciationis die matrimonium eſſe contrahendum.

Matrimonij futuri denunciationibus in Eccleſia de more factis, ſi fortè contingat, vt illud poſt duorum menſium ſpatium non cõtrahatur, caueat Parochus, ne illud vllo pacto celebret, quã denuò præſcriptas denunciationes fecerit, niſi aliud nobis uidebitur.

Si qui matrimonio iungendi ſunt in diuerſis Parochijs habitent, vterq; Parochus denũciationes faciat, nec uerò alter matrimonio eos iungat, niſi prius alterius teſtimonium in ſcriptis acceperit, de denunciationibus ex ſcripto factis, deq; nullo exiſtente impedimento, & nõ alias, ſponſos per ſe ipſe rite coniungat, quod ſi ſponſi ex diuerſis ſint noſtræ Diœceſis oppidis oriũdi, præter prædicta requiſita, nos etiam adeant, ſi verò ex diuerſis ſint Diœceſibus, vltra Parochi fidem, alteram Epiſcopi, uel eius generalis Vicarij, ſigillo munitam exigi mandamus, uoluműſq; per teſtium depoſitiones exactam fieri inquiſitionem, Nec matrimonium contrahãt Parochi, niſi prius à nobis licentiam obtinuerint.

Qui Parochus alienæ Parochiæ ſponſos matrimonio iungere, aut benedicere auſus fuerit, ſine proprij Parochi, aut noſtra facultate, ſuſpenſionis pœnam ipſo facto ſe incurriſſe ſciat, ex Concil. Trident. decreto, præter pœnam noſtro arbitrio infligendam.

Hortamur ne ante ſacerdotalem benedictionem coniuges cohabitent, quam, ſi vltra tres menſes accipere diſtulerint, ceu eccleſiaſticorum rituum contemptores, pœnis noſtro arbitrio iniũgendis ſubiacebunt.

Quamuis matrimonium neceſſariæ denunciationes anteceſſerint, ac confecta ſint matrimonialia capitula, caueant tamen, ne copulentur ſub pœnis excommunicationis, alijs arbitrio noſtro imponendis; Neq; vir ad mulieris ædes, niſi cũ matrimonium præſente Parocho, vna cum teſtibus contrahendum eſt, accedere audeat.

Vagi, vel alij quicunq; exteri homines ad matrimonium, niſi ex noſtro in ſcriptis permiſſu, non admittantur.

Mulieres, quarum viri peregrè profecti lõginquis in regionibus mortui dicuntur, ad ſecundas nuptias per Parochos non admittantur, niſi ex

Digitized by Google

noſtra in ſcriptis licentia.

Nuptiæ benedicātur, vt in Miſſali reformato præſcribitur, abolito prorſus miſſæ, quam vocant ſiccam, abuſu, & non alibi, quam in Parochiali Eccleſia, niſi de noſtra licentia aliter fuerit permiſſum.

Mulieres ad ſecundas nuptias tranſeuntes ne benedicantur, nec alijs primò nubentibus, benedictiones temporibus ab Eccleſia prohibitis dandæ ſint.

Parochi librum conficiant, vt matrimoniorum memoria conſeruetur in quo denūciationes, dominicis, & alijs feſtis diebus ab ipſis factæ, & celebrati matrimonij dies, & locus, coniugum, teſtiumq; nomina, & cognomina accuratè deſcribantur.

Parochus autem in eum librum referat, ſi alium presbyterum, & adiutorem habeat, cuius miniſterio, facultate eidem cōceſſa utatur, ad matrimonia contrahenda inter Parochiæ ſuæ incolas, vt in libro præſcripto illius nomen, & cognomen, tum præterea diem, & menſem, & annum connotet, quo ille Parochialis curæ ſocius, & coadiutor adiunctus facultatem à ſe,

vel

vel ab ordinario matrimonia celebrãdi habuerint, hanc autem poteſtatem Parochus, ne illi faciat, qui ordinarij iuditio, & præuio examine ad ſacramenta miniſtranda non fuerit approbatus.

Sollemnes nuptias ab Aduẽtu Domini noſtri Ieſu Chriſti, vſq; ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum vſq; in octauam Paſchatis incluſiuè celebrare non liceat.

Nemo præſcriptis temporibus, quibus nuptias celebrari prohibitum eſt, domum ſollemniter ſponſam ducat, aut nuptialia cõuiuia celebret, aliauè eius generis vetita agat, contrafacientes, eiuſque culpæ quouis modo participes, tam diu ingreſſu Eccleſiæ abſtineant, quo ad ſpõſi iuſſu noſtro ſeparati meritas pœnas dederint noſtro arbitrio.

Vt multis abuſibus, & corruptelis, qui hominum vitio in nuptijs celebrandis irrepſerunt, quo ad fieri poteſt occurratur; Præcipimus, vt veneficia, faſcinationeſuè ad nuptias, matrimoniauè impedienda adhibentes, excommunicationis latæ ſententiæ pœnas ſubeant, quo item vinculo irretiti ſunt, qui in illis ſoluẽdis ſuperſtio-

ſum aliquid adhibuerint, quiq; conſilium, vel conſenſum in ijs dederint.

Ne patiatur Parochus quempiam ſibi ignotum, qui in ſuam Parochiam ex aliena Diœceſi commigrarit, cum fœmina quam ſecum cõiugis nomine duxerit cohabitare, ſi tamẽ ex aliqua probabili coniectura ſuſpicetur illam habere in cõcubinatu, niſi Parochus è cuius Parochia venit literis certo præſcripto tempore teſtatum ſibi fecerit, vel alias fide dignorum teſtimonio probarit, ſibi illam legitimè coniunctam eſſe.

Vt in concubinarios, adulteros, & cõiuges inter ſe diſiunctos, qui non ſine grauiſsima aliorum offenſione, & maxima ſalutis ſuæ pernicie, lõgius à chriſtiana uiuendi ratione aberrantes in iniquitate, & peccatorum caligine verſantur, ex Trid. Conc. ſanctione ſeuerè animaduertatur.

Itaq; qui in concubinatu, & adulterio adhuc perſeuerare comperti fuerint, nec ſe ab ea peccati labe, mutuaq; illa inter ſe praua conſuetudine, ac domicilij etiam vſu abduxerint, ac qui matrimonio iũcti, nullo interpoſito eccleſiæ iuditio, ſanctiſsimo hoc neglecto ſacramento ſimul non habi-

Digitized by Google

habitarint, excommunicentur excommunicatiq; denuncientur, cuius excõmunicationis abſolutionem eis ne impartiatur, niſi prius emendata vita ſigna dederint, & ab omni huius peccati occaſione ſe planè reuocarint.

Mandatum de diſpenſando à Sede Apoſtolica obtinentes ſciant nullo modo cum eis cẽſeri diſpenſatum, niſi antequam conueniant de ſupplicatis per nos, vel noſtrum Vicarium generalem, cui litera dirigentur, iudicatum fuerit, qua in re cum nonnulli errare ſoleãt, volumus, & mandamus, vt cum de prohibitis matrimonijs, Parochi ad populum verba faciunt, id diligẽter ſignificent, vt in ſupplicationibus vera exponant, quod ſi tale iuditium nõ expectauerint, nullatenus eis poterit diſpenſatio ſuffragari.

Moneat Parochus, diſpenſationem eos nõ eſſe habituros, qui ſcienter in gradu prohibito matrimonium cõtraxerint, eoſq; præſertim, qui illud conſumare auſi fuerint, quos excommunicatione irretitos eſſe denunciabit.

Sponſalia etiam de futuro, mutuo partium conſenſu contracta, non aliter quam iuditio noſtræ Curiæ diſſoluantur, quod ſi eo non habito ſponſi

cum

cum alijs ſe connubio copulauerint , anathemati ſubiaceant.

De vita, & honeſtate Clericorum.

CVm ad cõtinendos in officio laicos homines, maximè cõducat, & neceſſaria ſit morum grauitas clericorũ, quos in ſuam ſortem Dominus vocauit, qui tanta eniteſcere vita ſanctitate, & morum honeſtate debent, vt in illos tanquam in lumen ſuper candelabrum oculos laici conijciẽtes, eorum ſe ad exemplum, normamq; componant, non immerito, vt qui myſteriorum Dei miniſtri, & diuinæ gratiæ ſint diſpenſatores, eos præ cæteris decet, vt qua animi pietate, & ſanctimonia interius præfulgeant, eandem exterius habitu, ſermone geſtu, inceſſuq; teſtentur. Verum quo animi efficiamur mærore, cum eos, qui cæteris beneuiuendi exemplum eſſe deberẽt, ita criminoſos eſſe conſpicimus, vt ab alijs beneuiuendi rationem ſumere compellantur; nec verbis quidem explicare poſſumus. Tales namq; ſunt mali ſacerdotes, qui cum ad aliorum correctionem eos poſuerit Deus, prauitatis

Digitized by Google

tatis exempla de ſe dare nõ metuunt, Cum aliorum peccata compeſcere teneantur, in profundum peccatorum deſcendere non merentur. Cũ animarum lucra quærere debeant, terrenis negotijs aſsiduè implicantur, vt ergo à Diœceſi noſtra abuſus, qui in aliquos clericos irrepſerunt, quantum in Domino poſſumus propulſemus. Hæc pro paſtoralis noſtri muneris ratione de clericorum vita, ac moribus ſtatuenda decreuimus.

Cum Clericos deceat per decẽtiam habitus extrinſeci morum intrinſecam honeſtatem ſignificare, omnibus, et ſingulis eccleſiaſtici ordinis hominibus, qui aut ſacris initiati ſunt, aut dignitates, officia, beneficiauè cuiuſuis generis, etiam ſimplicia in Diœceſi noſtra obtinent, edicimus, ac iubemus, vt poſt menſem ab huius noſtræ Synodi promulgatione habitum reſumãt clericalem, ordini, ac dignitati ſuæ congruentem, quod ſi quis huic noſtro Synodali decreto non paruerit, pæna afficietur, quæ à Clem. V. in Viennenſi Conc. Trid. Synodo, & demum Sixti V. conſtitutione ſancita eſt. Hoc ipſum clericis item edicimus, qui prima tõſura, & minoribus ordinibus

nibus initiati ſunt, vt ad præſcriptum menſis tempus ipſam tõſuram, & habitum ordini ſuo congruentem induant.

Coronam clericalem conſpicuam vnuſquiſq; clericus iuxta ordinem ſuum, vertice abraſo continuo oſtendat, barbam autem qui in poſterum ab vtraque oris parte intortam, & in longos cirros effluentem, ac militari more productam, vel ab inferiori parte in acutum inciſam habuerit, pœna carceris noſtro arbitrio plectatur.

Sacerdotes autem ſuperioris labri ita tonſos habeant pilos, ne indecenti longitudine ipſis ſacra facientibus, in ſanguinis ſumptione officiant, reliqua autem pars rotunda ſit nõ acuminata.

Birretum quadratum, & presbyterale clericorum capita cooperiat, illudq; non ad frontem, vel ad tempora deflexum, ſed capiti æqualiter impoſitum deferant.

Pileum niſi per pluuias, aut ob cæli grauitatem, aut ob capitis morbum, aut itineris cauſa ne gerant, & eius pilei forma ſit ſimplex, & depreſſa, nõ pyramidata, & à militari ſigno diſtans, & aliena, non breui, arctoq; gyro, ſed ita lato, vt infra quinque digitorum latitudi-

nem

nem non ſe recipiat.

Interulæ ad collum, & ad manus ſint ſimplices ſine rugis, ac ſine vllo ornatu ſerico, vel acu, artificioq; elaboratæ, ne luxum præſeferant; ſudariola ad nares emungendas ſimiliter ſimplicia ſint, nec odoribus fragrantia.

Anulis tantummodo illi Clerici vtantur, qui aliquo gradu, & dignitate fulgent, ad ſacrificia verò ne vtantur.

Veſtitu autem omni vtantur, qui colore nigro ſit, niſi fortè alium poſtulat colorem dignitatis gradus, exterior veſtis talaris, non ſerica, non exquiſita, non delicata nimis, rurſus nō ſordida, nō neglecta, nec quæ vlla in re, vel minima quidem à canonum ſanctione diſcrepet, interior verò ueſtis, quam Canonici plebani, cæterique omnes eccleſiaſtica dignitate præditi induunt, talaris ſit, item reliqui verò clerici ea vtătur, ſi ad talos non demiſſa, at ſaltem quæ infra genua ſit quinq; ad minimum digitis, ſi iter faciĕdum erit, habitus ad iter accomodatus adhiberi poterit, ſed ſimplex, & in quo honeſtas, & decor ordinis eluceat, veſtes à ceruicibus in tergum reflexæ extra domum ne deferantur ſub

pœna ſuperius propoſita.

Clericorum caligæ ſint planæ, neq; militari more ſinuoſæ, turgidæ, aut diſſectæ, neq; ſint vltra clericalem decentiam ornatæ, aut coloribus clericis non conuenientibus confectæ, calceis clerici ad elegantiam ne vtantur inciſis, neq; ex alba corio confectis.

In omni inceſſu, ſtatu, geſtu, vultuq; Clericus modeſtiam, grauitatemq; ſuo ordini congruētem ſemper oſtendat.

Veſtes ſuas clericales cuiquam ad perſonandum accommodare non liceat, ſub grauioribus pœnis noſtro arbitrio imponendis.

Arma cuiuſuis generis ad offenſionem, vel etiam ad defenſionem ne ferant clerici, exceptis cultellis ad domeſticum vitæ vſum accōmodatis, quorum longitudo palmum non excedat: niſi forte extra Ciuitatem ſuſpectis locis iter eis faciendum ſit: & tunc probabili, iuſtaq; cauſa id eis erit permittendum, non aliter quàm in ſcriptis conceſſum eſſe volumus, & tunc enſe ſolo vtātur, omnino autem baliſta, haſtis, & ſclopeto, telis arcubus, aliiſq; huius generis inſtrumentis uti ipſis interdicimus.

Omnes

Omnes ſacerdotes, & clerici, tam ſacra adminiſtrantes, quam diuinis officijs interuenie͂tes in Eccleſia, & proceſſionibus publicis, & funeralibus ſemper ſint ſuperpelliceo induti, quæ ne lacera ſint, nec ſordida, ij autem qui induti fuerint præ foribus Eccleſiæ ne ſtent, nec officinas obeant, nec via incedant, nec ex Eccleſia prodea͂t, niſi cum proceſſiones, aut aliud eccleſiaſticum munus, & officium obeunt, quod ſuperpelliceum requirat.

Habeant autem, qui in aliquo minori ordine co͂ſtituti ſunt proprium ſuperpelliceum, quo in Eccleſia, cui adſcripti ſunt, & alibi cum ipſos ſuis fungi muneribus contigerit, vti queant.

Qui non modo ſe, verum etiam alios in rectè pièq; agendi officijs continere debe͂t, quales ſunt clericalis ordinis homines, eos non modo malum omnino cauere, ſed mali ſuſpitionem vitare oportet. Itaq; nos hoc decreto ſancimus, vt in ædibus eccleſiarum, quæ ad ſacerdotum, aliorumq; clericorum domicilium, atq; uſum conſtructa ſunt, ſi fieri poteſt ipſi clerici habitent, & præcipuè eccleſiarum rectores, & in eis nullæ feminæ, nec conſanguineæ quidem una cum ijs

ipſis eſſe, habitareuè poſsint. Aliarum verò adiũ communi cum extraneis mulieribus habitatione, clericalis ordinis homines, omnino interdicimus: At cum conſanguineis, quæ ſuſpectæ nõ ſint, vna eos habitare nõ vetamus, nec omnino quiſpiam eorum, excepta paterna domo, habitet, ſine ſcripta à nobis licentia conceſſa.

Aedes in eccleſijs ad vſum miniſtrorum eccleſiæ cõſtructæ, feminis, & laicis hominibus, præſertim ijs, quibus communi cum ipſis feminis domicilio vtẽdum eſt, & quæ ad Parochi, rectoriſq; eccleſiæ vſum ædificatæ ſunt: Unde in eccleſiam, vel atrium eius aditus proſpectuſuè pateat, omnino ne locentur.

Feminas ancillas clericis habere non liceat, niſi illæ quinquageſimum ætatis ſuæ annum egerint, & vitam ſine labe, minimèq; ſuſpectam duxerint, neque famulum cum vxore domi teneant, ſine expreſſa licentia à nobis, vel Vicario noſtro in ſcriptis obtenta, ſub pænis arbitrio noſtro.

Excipiuntur tamen matres, ſorores, amitæ, neptes in ſecundo gradu, ac fratrum vxores, niſi nobis aliter uiſum fuerit: Hortamur autem, ac in Domino uehementer obſecramus quoſcunq;

cunq; clericos, vt à prædictarum mulierum cõtubernio, & cohabitatione, quàm maximè poterunt abſtineant, à commercio ſuſpectarum, & famoſarum mulierum abhorreant, omnem ſceleris, ac ſuſpitionis contagionem euitando, mulieres nullas, neq; nobiles comitentur, eas nõ doceant muſici cantus, vel inſtrumenti artem.

Noctù poſt horam primam clerici ne extra domũ vagentur, niſi Parochialis officij, aliauè neceſſaria cauſa exeundum ſit, tuncque clericalem habitum, & lumen quiſq; deferat: à nocturnis autem cantilenis abſtineant, nec noctù cantãtibus aggregẽtur, nec cum ijs vllo temporis momento conſiſtant.

Nemo item Clericorum, diù, noctuq; ad conuiuia, comœdias, aliauè publica ſpectacula ad cantãdum, vel inſtrumento pſallendum conueniat; & cum nõnulli ordinis ſui, ac dignitatis obliti non erubeſcant, in comœdijs, & cõuiuijs, atq; alijs publicis ſpectaculis operã ſuam ad cantandum, & pſallendum mercede locare, ſiquis in poſterum in ſupradictis deliquerit, pro prima vice pœna pecuniaria, ſeu carceris noſtro arbitrio mulctetur, pro ſecunda ipſo facto per annum,

num, & vlterius noſtro item arbitrio ſuſpenſus ſit à diuinis.

A choreis, fabulis, comœdijs, haſtiludijs, & ab alijs profanis ſpectaculis publicè, ac priuatim, ita ſe abſtineant clerici: vt illorum nō modo factores, ſed ne ſpectatores quidem ſint.

Clericalis ordinis hominibus omni genere ludi, præſertim verò alea, & teſſerarum, ac talorum, interdicimus.

Prohibemus etiam globos, qui malleis ligneis impelluntur, item pilæ maioris.

Nec ſolum ludere vitamus, ſed eos ludorum ſpectatores eſſe nolumus: aut quemquam ludentem in ædibus ſuis permittere.

Publica laicorum cōuiuia quo ad fieri poteſt deuitent, & ſi quando eis ex aliqua legitima cauſa intereſſe neceſſe ſit modeſtiam, ac ſobrietatem, quæ cæteris exemplo ſit, ſeruent, nec ad potandum aliquem inuitent: Ab ijs autem ſe ſubducant omninò ſi publica ſint, & ſi qui hiſtriones, paraſiti, rediculi homines, aut dicaces interſint, feminas autem nec vllas accumbere, ac ne eas quidem ſibi miniſtrare patiantur.

In domibus presbyterorum, tripudia, & ſaltationes

nes

nes nullo modo fiant, ſi autem cōtigerit eos cum parentibus, vel fratribus cohabitare, quacunq; de cauſa in eis ſimilia fient, caueant presbyteri huiuſmodi tripudijs, & ſaltationibus intereſſe, ſub pœnis arbitrio noſtro imponendis.

In conuiuijs clericorum pocula (quod intemperātium hominum eſt) alter alteri ne propinet, & ad bibendum nemo inuitetur, vel ad ſumendos æquales vini hauſtus nullo modo impellatur, ſeu incitetur; Illud verò etiam caueāt, ne quæ ridicula, aut ſcurrilia ſunt, vnde cachinni, riſusq; exiſtunt, loquātur. quæ omnia à christiana caritate, & ſacerdotali grauitate, ac modeſtia longè aliena ſunt.

Inanes rerum profanarum confabulationes à mēſa reijciant, nec verò de fama abſentis cuiuſquam detrahāt; ſed ſacram lectionem ſi commode fieri poterit in ea adhibeāt, vel ex ſacris Biblijs, vel ex ſanctorum Patrum homilijs, alijſq; rerum ſacrarum, diuinarumq; ſcriptis comprobatis, vt dum corpus alitur, animus etiam paſcatur ſacra lectione; menſam aūt antequam accūbant, de more benedicant, ne ab ea ſurgant, niſi prius debitas gratias Deo egerint.

Sa-

Sacerdotem, clericumuè cuiuſuis ordinis, in canticis, hymnis, pſalmis, cæteriſque eccleſiaſtici cultus officijs religioſa modulatione cõcelebrandis, diuiniſq; laudibus ſanctè concinendis, ita verſari cõuenit, vt uoce ſua ſacris dicata abuti non debeat ad profanas cantiones, & modulationes, atq; ad voluptarias, delicioſas laicorũ oblectationes, quamobrem caueat ne in nuptialibus, laicalibuſq; conuiuijs, aut menſis canẽdi operam ſuam nauet, nec vllo quidem, uel cognationis, uel amicitiæ familiaritatis obſequio, alteriuſuè rei cauſa; Cum præſertim clericalem hominem inter epulas canere ueteri canone planè interdictum ſit; Ne clerici præterea apud ſe libros habeant, aut legant, quorum lectione bene agendi ſtudium, morum diſciplina, & timor, caritaſq; Dei lãgueſcere poſsit, quales libri ſunt, qui res, uel inanes, uel iocoſas, uel ſcurriles, ridiculaſuè, uel impuras continent.

Aditum, ac vſum cauponarum, & tabernarum clericis omninò prohibemus, niſi in itinere, & neceſsitate cogente, quo loco cum mulieribus ne diſcumbant, vt omnis flagitij cauſa, quæ ſimilibus in locis deeſſe non ſolet, ipſis adimatur.

Ve-

Venationes contra ſacros Canones nequaquam exerceant, canes, aues venatrices non alant.
Nemo militans Deo implicare ſe debet negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit inquit Apoſtolus. Ideo hæc quæ clericalis ordinis hominibus canonum iure vetita ſunt, prohibenda nos quoq; ſtatuimus.
Fora, nundinarumq; loca, quibus laici ſolent ad negotiationes, confabulationes, ludos, vel ad alia conuenire ne frequentent, neq; ad ea ſe conferant, niſi cum res aliqua neceſſaria, & tēpus id poſtulauerint, nec in illis locis vllis ſpettaculis interſint, quæ per circulatores, & circūforaneos, atq; id genus nebulones, ad fallēdum hominum vulgus fieri ſæpe ſolent.
Ne alienorum prædiorum ad laicos ſpectantium lucri cauſa, niſi noſtra licentia conductores exiſtant.
Ne mercaturam, aut vllam negotiationem exerceant, neuè in ijs ſe inuoluāt artibus, quibus clericalis dignitas dehoneſtetur.
Negotia cuiuſuis laici quacunq; nobilitate, dignignitate, & gradu inſignis ne gerant clerici, niſi facultate à nobis, vel Vicario noſtro in ſcriptis
P con-

cõceſſa: quam ſingulis annis renouari iubemus.

Ne clerici parum memores ordinis, ac dignitatis ſuæ, ij præſertim qui ſacris ordinibus initiati ſunt, in laicorum hominum famulatu ſint, niſi de Epiſcopi licētia, dum cauſa, à ſacerdotali dignitate nõ aliena id poſtularit: Dum autem in Eccleſiaſticarum perſonarũ famulatu ſunt, vilia munera, quæ dignitati clericali maculam inurunt, ne obeant.

Ne Procuratoris, aut Aduocati nomine cauſas agat coram Iudice ſeculari, niſi in ijs ſolũ cauſis, quæ vel ad ſe, vel ad Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, cõmodumuè pertinent: cauſas item propinquorum, ſi neceſsitas poſtulat, & miſerabilium hominum, qui alieno patrocinio indigent, tueri ipſis liceat, ſi modo huius rei facultatem à nobis, vel Vicario noſtro ſcriptam conceſsam habuerint.

Artem medicam, ſiue chirugiam, qui in ſacris ordinibus ſunt conſtituti, euitent, ac dimittãt, nec querelas etiam citra pœnam ſanguinis exponant, vel teſtimonium ferãt in ſeculari foro, in quo obligationes non contrahant, nec etiam in eccleſiaſtico nobis inconſultis.

Ta-

Tabellionatus officio ne fungantur, neque pro alijs fideiubeant, tutelam ſiue curam, niſi iuribus permittẽtibus, & intuitu miſericordiæ, ac pietatis ne ſuſcipiant, vel acceptent, & tunc non niſi obtenta à nobis prius ſcripta licentia. Manibus autem proprijs artes honeſtas facere liceat, ad victum tamen comparandum, non ad auaritiam.

Latronum, exulum, bannitorum, aut quorumuis flagitioſorum hominum receptatores, aut fautores ne ſint: ſi qui autem in aliquo ſupradictorum deliquerint, ſciant nos carceris, vel exilij, vel grauiorum pœnarum ſupplicio, etiam vſq; ad beneficij priuationem, prout delicti qualitas exegerit in eos noſtro arbitrio animaduerſuros.

A ſecularibus omnibus negotijs tãdem, quæ clericali, ac religioſæ vitæ moram, impedimẽtum, & dedecus afferre queunt, abſtineant, conſuetudine facinoroſorum hominum, contentioſorum, blaſphemorũ, procacium, aut alia aliqua publica ignominia notatorum, ne vtantur.

Presbyteri pænitentiæ ſacramẽtum ſemel (etiam ſi ſibi peccati mortalis conſcij non ſint) ſingulis ſaltem hebdomadibus frequẽtent: ſi verò pecca-

to mortali obnoxij ſunt, omnino id faciant, antequam ſacrum faciant, aut contriti, ſi confeſſarij copia tunc nō datur, & vrgeat neceſsitas aliqua celebrandi, curentq; illico confiteri poſt peractam miſſam, quam omnino celebrare Dominicis, & alijs feſtis diebus, omnes quicunq; illi ſint ne omittant. Animarum Curatores ter in hebdomada miſsæ ſacrificium in Eccleſia ſua Parochiali pro ſuis fidelibus, offerāt ſæpius verò etiam celebrent, ſi neceſsitas, vel conſuetudo id poſtulet. Presbyteri autem miſſæ celebrandæ munere ſuſpenſi, impeditiuè frequenter, præſertim verò diebus dominicis, & feſtis ſacram cōmunionem ſumant.

Diaconi uerò, & ſubdiaconi bis ſaltem ſingulis mēſibus, Clerici autem inferiores ſemel ſaltē; Verum omnes tam in maioribus, quàm in minoribus ordinibus ulterius ſollemnibus Chriſti Domini feſtis diebus, & alijs Virgini Matri Mariæ dicatis, tum feſto omnium Sanctorum die, confeſsi ſacram Euchariſtiam percipiāt, adhibita qua debent animi ſanctiſsima præparatione; qui ſine neceſſaria cauſa id facere omiſerint, Parochus eos ſui officij admoneat, & niſi parue-

Digitized by Google

paruerint, ad nos deferat.

Qui beneficia obtinēt, uel ſacris ordinibus ſunt initiati ſupplici mēte horarias diuini officij preces ritè, ac piè recitent. quare hortamur omnes, & ſingulos noſtræ Diœceſis eccleſiaſticos homines, vt cum huiuſmodi precum canonicarum officiū eis perſoluendum eſt, ne deambulādo, vel aliud agendo id præſtent; ſed in locum precationi aptum ſe recipiant, vt animo, qui deambulationibus, & aliarum rerū actionibus diſtrahi quandoq; ſolet, ſe colligentes, & pietatis ſtudio accenſi orent ſpiritu, orent pariter, & mente, quodque ore pſallunt, item ſpiritu pſallant, & mente in conſpectu Domini, à quo vberrimum huius rationis fructum capiant.

Qui eis non ſatisfecerint, beneficiorum ſi qua habent, fructus ad ratam omiſſionis reſtituant, ad præſcriptum ſanctionis à Pio V. ea de re edita; ſi quando verò eos febri, morboue aliquo leuiter laborare contingat: ſciant ſe non iuſtam propterea excuſationem habere, quare illas intermittant, aut omittant, itaq; cum corporis ægritudine detinentur ipſi medici conſilio adhibito, pro ſua conſcientia rectè perpendant, & vi-

videant quid præſtare queant, ne temere omittendo, grauiter peccent, & beneficij, ſi quod habent fructus ſuos non faciant.

Reliqui autem clerici, qui eccleſiaſticum beneficium non obtinent, huius negligentia in omittẽdis precibus horarijs accuſati grauiſsime plectẽtur arbitratu noſtro, Clerici verò minoribus ordinibus initiati ſingulis diebus preces horarias de Beata Virgine recitabunt.

A chriſtiana pietate maximè abhorret, vt qui aſsiduis quibuſdam officijs, ad piè, ſanctéq; agẽdum laicos homines accendere debent, ij cum contrafaciant, nõ ſine graui offenſione ſuo malo exemplo aliorum pietas lãgueſcat. quare vt ſacerdotes, Canonici, & alij clerici, quorũ exemplo laicorum hominum, in verbo Dei audiẽdo, ſtudium inflammari debet, frequẽtes ſacris concionibus interſint, id pœnis propoſitis efficiendũ cenſuimus, quod aliquando cohortationibus nõ potuimus. Itaq; hoc decreto ſancimus, ac iubemus, vt clericalis ordinis homines, niſi iuſta, aut neceſſaria cauſa, quæ ad animarum curam pertineat, impediantur, ad ſacras conciones cõueniant, eiſq; interſint. quod ſi quis facere

cere neglexerit, aut ſine iuſta cauſa omiſerit, pœna arbitrio noſtro multabitur.

Eadem etiam pœna omnes, & ſinguli ſacerdotes in Cathedralem Eccleſiam, vel in alias per nos ad hoc deputandas ad ſacram lectionem, conſcientiaq; caſuum exercitationem conueniant, quam nos certis diebus faciendam ad cleri, populiq; animarum vtilitatem ſtatuemus.

Otium omnium malorum ſomitem clerici fugiãt, illudq; ſæpe repetant, ſe non ad inertiam, atque ignauiam, ſed ad ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ militiæ labores vocatos eſſe: quare quod ſibi reliquum erit temporis à diuinis officijs, nõ in tõſtrinis, vel aromatarijs, vel alijs opificum officinis tempus otioſè conterant, ne labia diuinis laudibus cõſecrata, ſcurrilia potius, & quæ ad rem nõ pertinent ſonare audiantur, ſed in diuinarum literarum ſtudijs, & in cæleſtium rerum contemplationibus, alijſuè religioſis officijs traducant.

Demum ſi quis his noſtris conſtitutionibus, quæ ad vitæ clericalis mores reformandos pertinent nõ paruerit, aut ſalutari pœnitentia afficietur, aut carcere, aut pecunia in pios vſus erogãda,

aut

aut ſuſpẽſione ab ordinum munere, aut exilio, aut grauiori pœna arbitrio noſtro plectetur. quamobrem Parochis omnibus mandamus, vt quæ de clericalis vitæ moderatione ſancita ſũt, clericis omnibus in ſua Parochia exiſtentibus edicant, quod ſi quiſpiam ſemel, iterum, aut tertio admonitus in vitæ clericalis diſciplina, atque officio eſſe noluerit, illum quamprimum nobis denuncient.

De Sacrificio Miſſæ.

VT in miſſæ ſacrificio ſacratiſsima Innocentiſsimi filij Dei hoſtia, totius populi vita, & ſpiritualis refectio offertur, quæ maioris eſt excellẽtiæ, quam verbis explicari poſsit, ſic magis eſt enitendum, vt maxima, & ſingulari deuotione, ac pietate erga hoc ſacrificium, & ſacerdotes in offerendo, & populus in colendo afficiantur. quamobrẽ hortamur omnes Altaris miniſtros, vt memores verbi Profetæ, mũdamini qui fertis vaſa Domini, ea quæ fieri poteſt puritatis, ac cordis munditia pollere ſtudeant, vt dignè coram Deo pro ſua, populiq; ſalute hoc ſacrificium

Digitized by Google

cium miniſtrare valeant; quod vt facilius præſtare poſsint. Hæc ſtatuimus, & ordinamus.

Quoniam verò difficillimum eſt in hoc ſeculo, vbi continuam contra continuos ſalutis noſtræ hoſtes pugnam exercemus, ſe immaculatum cuſtodire; omnes in Domino omni cordis affectu hortamur, vt nunquam (ſi fieri poteſt) ad altare accedant, niſi prius expiatione peccatorum per confeſsionem facta, vel ſaltem octauo quoq; die peccata ſua confiteantur, atq; adeò toties, quoties ſe aliqua mortifera peccati labe inquinatos ſenſerint. Nec verò ſine confeſsione, contritionem ſibi ſatis eſſe putent, cum maximè adeſt ſacerdos, cui peccata detegere poſsint, niſi neceſſitas item vrgens ſit, quæ huiuſmodi miniſteriū differri non patiatur, ac poſtquam celebrauerint, ſimulatq; poterint confeſſarium adeant, eiq; ritè cōfiteantur. Perutilis namque, & maximè laudanda eſt illa conſuetudo cōfitendi ſæpiſsime etiam venialia.

Caueant ſacerdotes ne ante celebrent, quam officium matutinum perſoluerint.

Cæremonias in nouo miſſali traditas, omni diligētia ediſcant, ac obſeruent, caueantq; ab eis ne

Digitized by Google

in minimis quidem recedant.

Miſſæ paramenta, & ornamenta ne ſint lacera, neque ſordida, ſed nitida, & munda, ſintque requiſiti coloris, & qui apparatus benedici debent, & conſecrari, conſecrentur, & benedicantur.

Hoſtia, quæ ad ſacrificium præparabitur, integra, ac ſolida rotunda, & omnis maculæ expers ſit, ac non omnino recens, nec vetuſta.

Vinum ſingulis diebus, quod recēs è dolio hauſtum ſit, præparetur in urceolis ad Miſſæ ſacrificium, idq; ſi fieri poteſt album, nō rubrum, nigrumuè, ne ſordidis illius vini maculis corporalia, & purificatoria inquinentur, vrceoli verò non ex alia materia, quam ex vitro, vel cryſtallo perlucido, quo diſtinctius, atque certius aqua à vino dignoſci poſsit, adhibito decenti eorum ori operculo.

Ne vllus ſacerdos ad miſſæ ſacrum, corporalibus, & purificatorijs immundis, ſordeuè vlla inquinatis vtatur. ea igitur cura ſacerdotis, vel clerici ſit ſacris ordinibus initiati illa abluere diligenter, ne ſordida vnquam appareant. Aqua verò ad illius rei uſum in ſacrarium abijciatur.

Ca-

Calices itidem quò puriores ſint à ſordibus peracto miſſæ ſacro ſingulis diebus diligentiſsimè abſtergantur, tum ſingulis menſibus, aut ſaltem ſecũdo quoq; menſe abluantur ſapone, & lixiuio adhibito, idque à ſacerdote, Diacono, vel ſubdiacono fiat, calicis verò cupa, vel patena ſit aurea, vel argentea.

Altari lapideo (& ut dicitur) portatili nemo utatur, niſi ſit integrum, eaque magnitudine, ut ſuper eo ſaltem calix, & hoſtia commodè ſtatui poſsint.

Altaria portatilia, quibus in Eccleſijs hoc factum non fuerit, quamprimum in Altaribus muratis, vbi eis opus fuerit adæquata aptè inſerantur, ita vt menſa ipſa plana remaneant, & exiſtant.

Antequã ſe ueſtes ſacras induant, manus abluant, itidemq; faciant miſſæ ſacrificio peracto.

Sacras induti ueſtes cum nemine colloquãtur, neq; loquentibus alijs dent aures, ſed taciti diligentius animis ſuis contemplentur, quæ ſit ſanctiſſima illius ſacrificij uis, quantaq; altitudo, qua in contemplatione ſe ad illud ſanctè religioſeq; peragendum toto animo parent.

Antequam ad altare accedant, miſſam perlegãt, & ſingulas partes ita præparatas, & notatas habeant, vt celebrantes, neq; errent, neque in quæritando quæ legenda ſunt, hæreant.

Neq; è ſacriſtia egrediantur niſi cum ad Altare eundum erit, quo tempore inceſſu procedãt graui, & modeſto, & niſi prius accenſæ fuerint cãdelæ in altari, ac poſtquam ad Altare acceſſerint, caueant, ne cuiuſuis expectandi gratia in mora ſint, neue inchoatã Miſſam ob eam cauſam repetant.

Nudato capite, ueneratione debita, geſtu corporis bene compoſito ſacerdotes rem ſacram faciant. Birretum, aut ſubirretum, chirothecas, ſudariolum, aut quodcunq; deniq; aliud huius generis in altare ne ponant; Vt quæ palam pronuncianda ſunt, diſtinctè, & clara voce dicãt, tardius, aut celerius quam par ſit, verba non proferant, oculos demiſſos teneant, grauiter, modeſtè ſe gerant, clericum ſuperpelliceo mundo, eoq; non lacero, aut indecenti indutum miniſtrantem habeant. quæ uerò ſecretè dicenda ſunt, non ita pronuncientur, vt à circumſtantibus audiantur, ſed neque adeò ſubmiſſè, vt

ſe

ſe ipſos proferentes non intelligant.

Sacrum Canonem ne memoriter pronuncient ſed attentè legant, ne quis fortè error admittatur, qui cum in omni miſſæ parte grauis, tum in Canone grauior, in cõſecrationis autem verbis eſt longe grauiſſimus.

Ante miſſæ verò finem, ne corporale ſacerdotes cõplicent, neuè ad huiuſmodi quidquam agẽdum manus admoueant, ne altaris mappam adhibeant, qua manus abſtergant, ſed mantile habeant huius rei cauſa paratum. Peracta miſſa in ſacriſtiam reuerſi iterum ſe colligant, Omnipotenti Deo pro ſummi beneficij munere gratias agant.

In miſſarum ſacris, quæ ſollemniter fiunt, quatuor, atq; adeò plures candelæ accenſæ adhibeantur, prout feſti ſollemniſq; diei ratio poſtulat, in reliquis verò miſſis, quæ legendo dicuntur, duæ tantum eluceant, uerum certo candelarum numero omnis ſuperſtitionis ſuſpitio vitetur.

In eleuatione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti tintinnabulum pulſetur, & in ſollemni miſſa campanæ maioris ſignum prabeatur, vt ad pietatem, & venerationem excitẽtur

tur aſtantes, abſenteſq; ad aliquas ſaltem concipiendas animo preces inducantur.

Fideles verò dum miſſa ſacrum peragitur, in Eccleſia religioſè intereſſe debent, Itaq; nemo audeat, vel in ipſius foribus, vel extra fores ſtare, illud quiſq; mente repetens eccleſiam eſſe domum Dei altiſſimi diuinis myſterijs dicatam, in quà ad orandum conueniant: Ideo quiſque videat, ne quid in ea neque adeò in foribus eius, in decore agat, qnod eius loci ſanctitati aduerſetur.

Abſtineat propterea quiſque dum miſſa celebratur confabulationibus, riſu, & omni alia indecora actione, ſed ſe ad eam piè, religioſeq; audiendam componat in tanti myſterij cõtemplatione defixus, qua incenſus, ſi non ſacramentaliter, & ſaltem ſpiritu, & deſiderio, votoq; ſacram Euchariſtiam percipiat.

Ne verò quis ita ad Altare propius accedat, nec intra cancellos quidem ſacelli, dum miſſa ſacrũ fit ingrediatur, neq; item altari in quo ſacrum fit, auerſus interſit.

Fideles deniq; in miſſa priuata capite aperto, flexis genibus cum veneratione ſemper aſſiſtant, niſi iuſto

iuſto impedimento detineantur, & dum euangelium recitatur, quod quidem ſtando maximè à viris audiri debet; In miſsis autem ſollemnibus ab eleuatione corporis Domini, vſque ad communionem non niſi flexis genibus manere cuiq; liceat, ſecus verò facientes grauiter corripiantur.

Sacrorum canonum decretis, & Tridentinæ Synodi auctoritate adducti, populum fidei noſtræ commiſſum monemus, vt dominicis, feſtiſque alijs diebus, qui præcepto eccleſiæ ſeruantur, ad miſſæ ſacrum, in ſuam quiſq; parochialem eccleſiam conueniant, vt à Parocho cui propriè eius cura commiſſa eſt fidei chriſtianæ rudimẽtis, ſalutaribuſq; alijs animarum ſaluti neceſſarijs præceptis erudiatur, tum ab eodem item audiat, qui dies feſti, ſi qui in hebdomadam inciderint, colendi, quæ vigiliæ, ieiuniaq; ſeruanda ſint, quæ ſupplicationes, proceſſioneſuè indicantur, quæ præterea nuptiarum denũtiationes fiant, quæ etiam alia Epiſcopi iuſſu denũtientur, quæ à populo fideli ſeruari oporteat. Vt autem id à populo præſtetur, Parochis noſtris præcipimus, vt quam ſæpiſsimè huius debiti officij

ficij illum cohortentur, Parochi etiam curent, vt crebro patres familias moneant, atq; hortẽtur, ut quos famulos, uel filios fortaſſe in beſtijs paſcendis occupãt, eos ſaltem feſtis diebus miſſæ ſacro intereſſe iubeant.

Mulieres non ſolum nuptas, & nubiles, Parochi monitionibus crebris ad miſſas audiendas, inducant, ſed luctuoſas etiã ad hoc cenſuras comminando cogant, ac eas nunquam increpare deſiſtant, quæ ſuorum morte dolẽtes, quaſi parum de reſurrectione, futuraq; vita ſperantes non modo lugere non ceſſant, ſed ſe ipſas diù in animarum perniciem, à diuinorum auditione ſequeſtrant. Doceantq; illas defunctorum animas orationibus, eleemoſynis, ieiunijſq; iuuandas, non ſic perpetuò inaniter eſſe deflendas: Vt conditionem humanæ mortalitatis edoctæ, omneſq; in mundo natos eſſe mortales, ſe in reſurrectionis expectatione confirment.

Grauiſsimè peccat homo chriſtianus, ſi vt eſt eccleſiæ præceptum feſtis diebus miſſæ ſacro nõ interfuerit, itaq; cum hoc maximè præſtare debeat, tum illud etiam omnino curet, vt propitiatorij illius ſacrificij, quo Deus nobis placatus,

&

Digitized by Google

& propitius redditur, ſalutarem fructum capiat, quem ex ipſius Dei benignitate ipſe conſequetur, ſi tanto myſterio adeſſe ſtuduerit, animo à mortiferis peccatis purò, atq; integro, & mente item ne illius quidem perturbationis veneno infecta. Quare, & Parochis noſtris iubemus, & concionatores hortamur in Domino, vt populum fidelem non ſolum doceant Dei, & Eccleſiæ præcepta ſeruanda eſſe, ſed modum etiam ei tradant, quo ea ex Dei voluntate ſeruari oporteat. Cum igitur de miſſæ ſacro audiēdo illum commonent, tunc eam illius præcepti ſeruandi rationem cuiq; chriſtiano homini ineundam eſſe doceant, vt ſigno campanæ dato, quo fideles ad miſſæ ſacrū vocantur, vnuſquiſq; conſcientiam excutiens, ſi alicuius mortiferi peccati ſe reum cognouerit, abiecta omni peccādi voluntate, & conſenſu, ſupplex à Deo veniā petat illius peccati, cuius labe ſe inquinatū ſentit, ita vt etiam ſi illud tunc ſacerdoti nō confiteatur, ſummo ſaltem dolore ex eo affectus, uitaq; emendandæ certam, & ſtabilem cogitationem ſuſcipiens, veræ contritionis virtute à Domino dum ſupplex miſſæ ſacro intererit, delicto-

Digitized by Google

rum ſuorum veniam, & gratiam conſequatur.

Diligenter aduertant examinatores, vt ad rem ſacram peragendam admittendi, bullas habeãt ſuorum ordinũ, ne quis extra ſui ordinis limitem pedem efferat, necnon authenticam fidem noſtræ Curiæ illos nõ eſſe contumaces, aut aliter excommunicatos, interdictos, vel ſuſpenſos.

Ad presbyteratus ordinem aſſumpti, primã miſſam ne celebrẽt, abſq; peculiari noſtra, vel Vicarij noſtri generalis obtenta licentia, ea verò habita iubemus, vt ſaltem diebus dominicis, & feſtis ſollemnibus, quamuis etiam ad id nulla beneficij eccleſiaſtici, aliauè obligatione teneantur, miſſas celebrent, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant.

Sacerdos, qui publicè, & notoriè criminoſus eſt, vt Tridentina Synodo ſancitum eſt, à miſſæ celebratione arceatur, niſi vita, morumq; emẽdatione, ſceleris, quo inquinatus eſt maculam eluerit.

Sacerdoti alienæ Diœceſis ne permittatur miſſæ ſacrum facere, niſi prius literas oſtenderit teſtimoniales, ſeu dimiſſorias ordinarij ſui certas,

re-

recẽtes, ac legitimas, quas literas ſi exhibuerit, hoc etiam inquiratur, an is cæremoniarum, & earum in primis rerum, quæ ad ſacrifaciendi munus pertinent, cognitione inſtructus ſit. Idq; à peritis ſacerdotibus fiat, quibus vel in noſtra Cathedrali Eccleſia, uel alio in quocunq; loco id cura à nobis, vel Vicario noſtro delegatum eſt.

Nullus ſacerdos priuatis in ædibus, nec in Oratorijs, quæ diuino tantũ cultui dicata, non Epiſcopi tamen auctoritate comprobata ſunt, miſſæ ſacrũ faciat, neq; item ante auroram, nec poſt meridiem, excepta nocte diei natalis Domini, nec etiam (eodem die excepto) audeat bis in die ſacrum facere; niſi in caſibus à iure permiſsis. Id tamen prohibemus inconſulto noſtro Vicario, quod ſi ſecus fecerit ipſo facto à diuinis ſuſpenſus ſit.

Vt quæ in miſsis nouis ex Concil. Trid. præſcripto vetita ſunt præſertim ſumptuoſa conuiuia, importunæ, illiberaleſq; eleemoſynarum exactiones; tubarum, buccinarumq; ſonitus, fiſtularũ modulationes, (organo excepto) nullo prorſus modo fiant, neq; celebrantem tibicines, aliiuè quo uis alio modo, & inſtrumenti genere ſonã-

tes, euntem, vel redeuntem proſequantur. Ipſi verò ſacerdoti cum ſacris veſtibus extra eccleſiam incedere minimè liceat.

Verum nouas miſſas celebraturis cōceditur, vt ad populum ſe vertere poſſint, & oblationes ſponte factas recipere, non autem circumire eccleſiā. Illud verò maximè prohibemus, ne cum miſſa (vt vulgo dicitur) noua canitur, ſaltationes, vel choreæ, vel ſpectacula eo loco agantur, neuè tibiæ, cornua, & reliqua muſica inſtrumenta, & profana cantica adhibeantur, neuè aleis, vel taxillis ludatur, ſed prorſus ab eius domo, & vicinia, inania oblectamenta, ac profana, quæ potius ad illicitas voluptates alliciunt, arceantur, ſed id dies, vt debet piè, ſanctéq; colatur.

In omnibus ferè Diœceſis eccleſijs, & capellis in tantum creuit miſſarum celebrandarum, atque anniuerſariorum numerus defunctorum relictus, vt illorum diſpoſitionibus, ac uoluntatibus debitè ſatisfieri nequeat, adeoq; ſunt tenues eleemoſynæ ea occaſione relictæ, ut faciliter negligātur. Propterea à ſacra Tridentina Synodo facultate nobis tributa prædictas miſſas, quas ultima uoluntate teſtatores præſcripſerint, in hac

Diœce-

Diœceſana Synodo imminuimus, atq; reducimus, hocq; non eſſe intelligendũ de miſſis in fundatione impoſitis, ſed de relictis, & ſic decernimus, vt pro legatorum, & alias piorum relictorum, modo, & quantitate, à ratione miſſæ, atq; anniuerſaria reducantur, prout præſenti decreto reducimus, vt pro miſſis ſingulis carolenus vnus, pro ſingulis anniuerſarijs grana quinq; ſacerdotum cuilibet attribuãtur, ità tamen, ut ſingulis miſſis eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute legata ad pios vſus reliquerint.

Hortamur Chriſtifideles, ut ſacerdotum neceſſitatibus caritatis ſubſidia conferentes, quò largius poterunt pro celebrandis miſſis, eleemoſynas præbeant, cum non deceat eos, qui tantæ dignitatis honore præfulgent, cum dedecore mendicare: Caueant tamen ſacerdotes pro miſſarum celebratioue ne quid petant, vel importunè exigant, ne ſimoniacæ labis retibus inuoluantur.

De

De diuinorum officiorum celebratione.

HOrarum Canonicarum recitatio, quæ inter præcipua clericorũ munera ponenda eſt, in choro, ea pietate, & decẽtia præſtetur, quæ & ſacris precibus, & diuinæ maieſtati, cui Angelis aſtantibus offeruntur, quo ad eius fieri poteſt religioſè reſpondeant; quod eo diligentius curandum eſt, quo grauius frequentiuſque in hoc genere peccari ſolet.

Quicunq; Sacerdos, aut Clericus, qui ad diuinum officium perſoluendum tenetur, calendarium, ſiue tabulam habeat ſanctorum iuxta ritũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſic omnes eccleſiarum rectores, capellani, & alij clerici noſtræ Diœceſis, vnum, eundemq; in pſallendo, recitãdo officio teneant modum.

Reuerẽtia, qua decet, omnes ſacerdotes, & clerici chorum ingrediantur ſuperpelliceis induti, & non ſine ipſis, vt cum birreto (ut dicitur) presbyterali, non autem cum pileo.

Altari maximo in medio chori reuerentiam profundè faciant, ſi verò adſit Euchariſtiæ ſacramen-

men-

Digitized by Google

mentum, genuflẽctant, & ſinguli ad ſua loca ſine ſtrepitu, & tumultu accedant, ibique genibus flexis, & ſubmiſſa voce orationem Dominicam recitent.

Ingredientes, & egredientes debitam honeſtatem præſeferant, & cum erit ſurgendum ad exequenda ea, quæ ſibi incumbunt, id reuerenter agant.

In Eccleſia noſtra Cathedrali præcipuè nullo pacto quis audeat, aut induere, aut exuere ſe ſuperpelliceo, ſed hoc faciat in ſacriſtia, quod etiam ſeruari volumus in omnibus eccleſijs, in quibus adſunt ſacriſtiæ.

Cum in chorum conuenerint clerici, & ſacerdotes memores ſui officij, ac profeſsionis, grauitatem illam ſeruent, quam locus, & officium, & venerabilis ſacramenti præſentia expoſcunt.

Faceſſant riſus omnes, & colloquia Epiſtolæ, literæ, ſiue alia negotiorum priuatorum ſcripta in eo, minimè legantur.

Diuina officia qua decet reuerentia recitentur, nõ curſim, non perturbatè, nec oſcitanter, ſed tractim, cum pauſa decẽti in medio cuiuslibet uerſiculi pſalmorum, vt ſic debita inter ſollemne,

&

& feriale officium differentia obſeruetur.

Teneantur omnes caremoniarum magiſtro pro tẽpore à nobis deputando in caremonijs, & modulis ſibi oſtenſis obedire, tam præſentibus nobis, quam abſẽtibus; ſuper quibus omnibus debitè ſeruãdis, alijſq; ad diuini officij celebrationem, ac chori diſciplinam ſpectantibus, Magiſter caremoniarum, vel præfectus chori facultatem habeat, omnes in choro admonendi, cum illi onus incumbat, diligenter hinc inde, nequid inordinatè fiat circumſpiciẽdi. Lectiones legendæ in choro, aut ad altare prauideantur, ac per legantur ab ijs, quibus legẽdæ erunt, antequam ad eas recitandas accedant, & ſi fieri poteſt, aliquo perito audiẽte, ne barbariſmi committantur, & nullus in choro errata in legendo lectiones corrigat, dum recitantur, niſi is qui ad id deputatus fuerit.

Cum à choro diſcedendum erit ne nimia, & præpropera celeritas oſtẽdatur, monemus ne quis, dicta etiam Salue Regina, ſeu alia Antiphona pro Virgine ſurgat, vel diſcedat, niſi dicta ſubmiſſa voce ſaltem ſemel oratione Dominicali.

Nobis in Ciuitate miſſam ſollẽniter celebrantibus,

vel

vel pontificalia exercentibus, in eccleſia noſtra Cathedrali, aut alia intra Ciuitatem, Canonici Cathedralis eccleſiæ aſsiſtere, & inſeruire teneantur, quodſi extra Ciuitatē in Diœceſi noſtra miſſam celebrare contigerit, non ipſi Canonici cathedralis eccleſiæ, ſed illius loci ſacerdotes, & clerici aſsiſtere, & inſeruire teneantur, ſub pænis arbitrio noſtro imponendis.

Cum regulares, ac ſeculares clerici, etiam ſuper hoc à Sede Apoſtolica priuilegio muniti, eccleſiarum Prælatos, qui vt luminare maius antecellunt, maxima reuerentia, ac cultu proſequi debeant. Caueāt in ſollemni officio ſabbati ſancti maioris hebdomadæ, ne in aliqua Ciuitatis, aliorumq; Diœceſis locorum eccleſia ante campanas pulſent, quam in noſtra Metropolitana, vel alibi in matrici eccleſia ſollemniter ſonuerint. ſecus ſi fecerint, pœnam à Leone decimo Pont. Max. in Conc. Lat. ſtatutam nouerint ſe incurſuros.

Vt in noſtra Cathedrali, ſingulisq; matricibus, vel collegiatis eccleſÿs minorum ordinum functiones, iuxta Sacri Concil. Trid. præceptum, ad vſum reuocentur, volumus, vt in ſingulis vna

capitularis portio retrahatur, clericis à nobis eligendis diſtribuẽda, qui diuinis officijs intereſſe, ac ſuo quiſq; muneri inſeruire debeat.

In ſollemni candelarum, atq; palmarum benedictione, nulli omnino præterquam in eccleſia cõuenientibus diſtribuantur, ijs dumtaxat exceptis, qui infirmitate, aut alio legitimo impedimento præpediti fuerint, & in eandem eccleſiã conuenire conſueuerint.

Laici præſertim diuinorum officiorum tẽpore, chorum, etiam in regulariũ eccleſijs ne ingrediantur, ſed illum ſacerdotibus, & miniſtris miniſteriorum Dei liberum relinquãt. pœna ijs, qui contrafecerint noſtro arbitrio imponenda, qua pœna, ac grauiori mulctẽtur eccleſiarum rectores, ſeu miniſtri, qui laicos, vel eo admiſerint, vel inde non eiecerint.

Non eſt ferẽdum, vt qui precibus, & ſupplicationibus publicis Deo perſoluẽdis ſollemni religione dicati ſunt, ij debitas diuini officij preces horarias omittant, Idcirco eas non recitantium negligentiæ occurrere cupientes ex decreto Leonis decim. in Lat. Conc. mandamus, vt quicunq; clericus eccleſiaſticum cuiuſuis generis beneficium

cium obtinet, ſi poſt ſex menſes, quàm illud obtinuerit, nulla iuſta cauſa impeditus, canonicarum horarum officium, & preces non dixerit, beneficiorum fructus ſuos non faciat, ſed eos tamquã iniuſtè perceptos, vel in eius eccleſiæ fabricam, vel in pauperũ eleemoſynam erogare debeat, ſi verò canonicè admonitus in ea ipſa negligentia, & malitia perſeuerauerit ipſo beneficio priuetur, quod etiam Pius V. id confirmando ſanciuit.

Officium autem canonicarum horarum omittere, vt beneficio quis priuari poſsit. is iure cenſeatur, qui illud quindecim dierum ſpatio bis omiſerit.

Reliqui autem clerici maioribus ordinibus adſcripti, eccleſiaſticum beneficium non habẽtes, huius negligentiæ in omittẽdis precibus horarijs accuſati, grauiſsimè plectentur arbitratu noſtro.

Quod feſti dies ad celebrandam Dei, ſanctorumq; laudẽ ſalubriter ſunt potiſsimum inſtituti, vnicuiq; perſpicuũ eſt, & cum ſollẽniora ſunt feſta, ſollẽnius eſſe officia celebranda, vt dum religioſius illa coluntur, eo magis diuinæ erga nos miſericordiæ magnitudo concreſcat, Sanctiq; cum

Chriſto regnantes, propenſius nobis dexteram tendant, nam licet cæteris diebus ſanctorum nos patrocinia pia nō deſerunt, quanto tamen ipſorũ victorias maiore venerationis obſequio recēſemus, tanto vberiora nobis præſidia ab ipſis impartiri credendum eſt. Cum igitur inter Pontifices, & confeſſores ſanctiſſimum Antiſtitem Herbertũ noſtrum ſentiamus eſſe patronum, huiuſq; Ciuitatis, & Diœceſis, atq; eorũ ciuium perpetuum defenſorē Archiepiſcopum, cuius beatiſſimum corpus in Cathedrali EccleſiaCompſana miraculis illuſtratum aſſeruatur, eius diem feſtum lætiſſimum, ac veneratione dignum duplicis officij ritu de communi confeſſoris pontificis die vigeſimo menſis Auguſti ſingulis annis in tota noſtra Diœceſi decernimus celebrandum, ipſumq; diem integrum ab incolis, & Ciuibus Compſanis, oppidorumque noſtrorum Sancti Andreæ, & Sancti Mennæ dictæ noſtræ eccleſiæ vaxallis, & in cæteris locis noſtræ Diœceſis, vſq; ad horam nonam tanquã de præcepto obſeruari, & à ſeruilibus operibus abſtineri ſtatuimus.

De

Digitized by Google

De punctatorum officio.

PRaepoſitus Eccleſiæ Cathedralis ad quē ex cōſuetudine, vel de iure, officium punctandi eos, qui ſtatis horis ab illis abſuerint, pertinet, ſiue quiſquis alius electus punctator de communi conſenſu Canonicorum, adhibeat ipſemet debitam diligentiā, vt contumaces libro punctationum notentur, adeò vt ſingulis menſibus, vel alio tempore nobis bene viſo, punctationes recognoſci à nobis, vel Vicario noſtro generali poſsint.

Vt autem hoc officium diligentius exerceatur, & nemini aliquid iniuſtè, aut remitti, aut adimi poſsit, alter punctator à nobis eligetur idoneus clericus, qui pari cura hoc munus punctatoris exercebit, alio in libro ad hoc conficiendo, vt vtriuſq; collatio ad libitum noſtrum, & cum opus fuerit, fieri valeat, qui punctatores prædicti, alter in manibus noſtris, alter verò in manibus Capituli, ſe munus fideliter obituros eſſe iureiurando polliceantur.

Punctentur qui ſtato tempore ad chorum non acceſſerint campanarum ſigno dato, qui poſt pſal-

mum

mum Venite exultemus, aut alijs horis finito hymno in chorum venerint, & ad Veſperas finito primo pſalmo, & in miſſa, qui poſt vltimũ Kyrie eleiſon chorum ingreſsi fuerint, pũctentur, & pro abſentibus habeantur. Punctentur præterea, qui è choro, neceſsitate non vrgente, officio nondum completo, diſceſſerint.

Pro quolibet puncto ſoluatur à punctatis pœna ex conſtitutionis fel. rec. Pij V. præſcripto ſtatuta fructuum, & officij in choro omiſſi ratione habita, quam in harum conſtitutionum calce deſcribendam mandamus, quæ pœna nullo pacto remitti poſſit, & diuidatur inter eos, qui reſidentes inſeruierũt, verum ſi aliquis ſæpius deficere conſueuerit ad nos deferatur, vt alias arbitratu noſtro pœnas ſuſtineat.

Si pũctatores in aliquo præmiſſorum defecerint vltra periurij pœnam, de proprio ſciant ſe ſatisfacturos.

Ambo punctatores ſingulis hebdomadis libros inter ſe conferant, qui ſi in aliquo diſcrepauerint, nos, vel Vicarium noſtrum conſulant, vt eorum controuerſia ſummariè terminetur, ac decidatur.

Pun-

Punctatores prædicti quotidie, vt munus ſuum exerceant diuinis interſint, ſi legitimo impedimento detenti fuerint, alicui ſacerdoti probatæ vitæ ſuas vices demandent.

Ne multorum capellanorum, qui ratione capellarum quas in titulum, vel ad nutum obtinent, vel onera etiam pro alijs celebrãdi ſuſceperint, neglecti, omiſſiuè muneris culpa impunè relinquatur, vtq; eorum conſcientiæ ſalutariter cõſulatur, vbi diligenter cognitum fuerit tempus, quo illi, ſuis quiſq; oneribus, haud ſatisfecerint, omni iuris remedio, & maximè per fructuum ſequeſtrationem omnes ad ſatisfaciendũ compelli iubemus pro ratione tẽporis elapſi, vel pro rata ipſius temporis, ad fructuum perceptorum reſtitutionem cogi præcipimus, fructus vero ipſi pro celebratione totidem miſſarum, vel ad ſuppellectilem comparandam erogentur. Vt deinceps exploratũ eſſe poſſit, an miſſæ quæ celebrari debent, reuera celebrẽtur, liber in vnaquaq; ſacriſtia eò tantum nomine comparatus, in quo ſinguli poſtquam miſſam, ſiue proprio, ſiue alterius nomine celebrauerint, manu ſua ſtatim ſub ſcribant, quo die eam miſſam celebrauerint, in

quo

quo altari, & quo nomine. qui verò huic decreto non paruerit, proinde ac ſi miſſam non celebraßet, mulctetur, liber autem ab eo; quem nos cõſtituerimus ſingulis hebdomadis, aut ſaltem ſingulis menſibus inſpiciatur, & quos verò minimè ſatisfeciſſe compertum erit, ij pendant ſolidos quinq; pro mißa feriali, duplum pro miſſa dominicæ, aut alterius feſti diei, quæ mulcta in Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ ornamẽta, veſtes ſacras, vel ſupellectilem noſtro arbitratu erogetur, pro quo ſecretum punctatorem, qui in ſingulos dies notet eos, qui muneri ſuo defuerint, deputabimus. Eaſdem inſuper punctorum conſtitutiones, & regulas, vt ſupra præſcriptas, omnibus in eccleſijs Parochialibus noſtræ Diœceſis inuiolatè ſeruandas mandamus.

De ſepulturis, funeribus, & exequijs.

S*Anctorum Patrum pium inſtitutum de celebrandis defunctorũ exequijs ſectantes, hæc de ipſorum funere ſtatuimus, & ordinamus.*

Parochi, cæteriq; ſacerdotes, & clerici, ac etiam regulares cum ad funus conuenerint, ea deuotione,

tione, ijſque religioſis precibus, & ſanctis caremonijs ritè illud ita concelebrent, vt ad rem quam agunt, animis in primis pietate attenti etiam corporis compoſitione, habitu, atq; vultu religioſam grauitatem præſeferentes, inuitent alios, qui adſunt, non modo ad orationem pro defuncto, ſed ad meditationem mortis, quæ ad oculos in ea funebri actione vnicuique proponitur.

Sicut in eccleſia, cæmeterijſq; fideles, qui in vera fide, pænitenteſq; in Domino decedūt, ſepeliendi ſunt, ita pontificijs ſanctionibus, canonumq; iure, alij vt infra eccleſiaſtica, chriſtianaq; ſepultura interdicuntur, atq; excluduntur, quos caueat Parochus, aliuſuè ne in ſepulturam tradat, alioquin excommunicationis pœna innodatus exiſtat, atq; hi quidem ſunt, quos in Eccleſia, cæmeterijſq; ne ſepeliat. Iudæi, Infideles, Hæretici, atq; adeò qui poſt mortem hæretici deprehenduntur, eccleſiaſtica ſepultura carere debent. Hæreticorum fautores, & receptatores, quiq; itē hæreticis bona relinquunt, excommunicati præterea, ij nimirum qui, vel publicè denuntiati ſunt, interdicti quoq; ſiue

generatim, ſiuè ſpetiatim, vel qui in clericos eccleſiaſticoſuè homines manus violentas publicè iniecerint, qui etiam ſaltem ſemel in anno non cōfeſſi tempore Paſchæ ſacram communionem non ſumpſerint. Vſurarij præterea manifeſti, publici blaſphemi, raptores, & qui in manifeſto peccato mortali deceſſerint, cuius pænitentiam non egerunt, qui etiam necem ſibi ipſi conſciuerint, niſi præ fatuitate, aut furore, inſaniauè manū ſibi ipſi intulerint, aut fratres proprietarij, qui præterea in duello, aut torneamētis deceſſerint, truculenter exenterati, aquiſq; decocti, membratim conciſi, vt Bonifacij Papæ octaui ſanctione cautum eſt, ij deniq; omnes ab eccleſiaſtica ſepultura excluduntur, quibus viuentibus eccleſiæ ingreſſu interdictum eſt, ſi in mortis articulo abſoluti non ſint, vel niſi pænitentiæ ſignum dederint, quibus enim vita nō communicamus, ijſdem nec poſt mortem communicare debemus, inquit Sanctus Leo Papa, atq; ij quidem ſi in eccleſia ſepeliuntur, cum ab alijs diſcerni poſſunt, exhumari debent, & eccleſia, cæmeteriumq; reconciliari. Paruuli præterea, & quicunq; alij ſine baptiſmo ex hac vita mi-

Digitized by Google

migrantes in loco ſacro ne ſepeliantur.

Fœtus item iam animatus, ſi ex vtero matris mortuus extrahitur, cum ea non debet ſepeliri, ſed extra eccleſiam cœmeteriumuè in loco nō ſacro, ſi verò nondū extractus ſit, & in vtero ſit mortuus, ſepeliatur cum matre, itidemq; ſi fœtus nōdum animatus eſt cum illa ſepeliri debet, tanquam portio viſcerum eius.

Defunctorum corpora ad ſepulturam ne deferantur ante horas duodecim in æſtate poſtquam illi ſpiritum emiſerint, in alijs verò anni temporibus non ante horas viginti quatuor, niſi cum vel tetri odoris exhalatio, quæ ex morbi aliquando diuturnitate eſiſtit, vel mortis genus, peritorum iuditio, nihil, ad efferēdum cadauer, ſpatij dari patiatur.

In aſſociatione cadaueris vexillum crucis præcedat, & alia iuxta loci conſuetudinem ſeruentur, presbyteri, & alij clerici ſuo quiſq; loco debito procedendi ritu ſeruato, laudes, orationes, & pſalmos in officio defunctorum ſolitos alternatim, pieq; decantent, idq; nō alia veſte induti funus comitentur, quàm ea, qua in choro uti ſolent. Deinde quo venerant ordine crucem

præferentes ad eccleſiam ſuam redeant.

Clerici omnes tam ſeculares, quàm regulares ad funus vocati, non ante diſcedant, quàm in eccleſia ſit cadauer, in qua ſepeliendum erit.

Pauperes, & miſerabiles perſonæ ea inopia laborantes, vt ſua impenſa humari non poſsint, eccleſiæ ſumptibus à Parocho ſepeliantur.

Ne autem, quæ pro defunctis in Eccleſia à ſacerdotibus ex eccleſiaſtico ritu peraguntur mulierum tumultu, ac clamoribus perturbẽtur, vtq; omnis Ethnicorum ritus aboleantur diſtrictè præcipimus omnibus Parochis, & animarum curatoribus, ne defuncti affines, & conſanguineos, ſiue uiros, ſiue mulieres defunctorum corpora aſſociantes eccleſiam ullo modo ingredi permittant, nec amplius mulierculas ſuper defunctorum ſepulcra ad plorandũ, ac gemitus, clamores, eiulatus, emittendos accedere patiantur. Parochi verò ſi ad hæc negligentes fuerint, eius funeris, officijuè funeralis omni eleemoſyna, emolumentoq; careant omnino, quæ pijs uſibus applicanda eſſe ſtatuimus.

Ne patiantur Parochi corpora mortuorum ante ſolis ortum, aut poſt occaſum ad ſepulturam

deferri

deferri abſq; noſtra licẽtia ſub pœna noſtro arbitrio imponenda.

Pro ſepulturæ loco in Eccleſia, vel cæmeterio, à rectoribus nihil exigatur, cum ab omni eos deceat auaritia alienos eſſe, vnde ſimoniacæ labis, aut ſordidæ cupiditatis ſuſpitio cõtrahi poſsit. Pias tamen, ac religioſas conſuetudines mortuorum hæredes conſeruent, tam in adhibendis funeri luminibus, quam clero eleemoſynis tradendis, & nullum per hoc decretum præiuditium illatũ eſſe cenſeatur, quin ea, quæ funeralium nomine Metropolitanæ, & Parochiali Eccleſiæ ex ſacris canonibus debentur, quibus nihil obſit, quo minus quartam funeraliũ, quæ perſolui ſolet ex decreto Sacri Conc. Trid. conſequi poſsint.

Vt ius vnicuiq; ſuum, integrum, illibatumq; ſeruetur, præcipimus ſub iniungendis noſtro arbitrio pœnis, nequis Parochus alterius defunctũ Parochianum, abſq; proprij Parochi licentia eccleſiaſticæ audeat tradere ſepulturæ, atq; nulli omnino tam ſecularium, quàm regulariũ liceat inferre cadauer, aut ad ſepulturam recipere, niſi Parocho præſente, & permittente.

De

Digitized by Google

De Regularibus.

REgulares quoniam nobis ad vineam Domini excolendam in auxiliũ dati ſunt, omnem operam, ac ſtudium adhibere debent, vt qui plures idoneos, ac fideles miniſtros coadiutores, & non contradictores præſtare poſſunt, ad confeſſiones fidelium audiendas, nec non ad verbũ Dei prædicandũ, ne ipſos nobis pro Chriſti, ac Domini noſtri gloria ſubminiſtrare deſiſtant, eoſq; hortamur, atq; obſecramus in Domino, cum in religionem ſe Deo dicarint, vt inſtituti ſui memores, ad omne religioſæ virtutis officium in dies longius progredientes, tanquam filij lucis ambulẽt, exemplumq; afferant fidelibus (ut ait Apoſtolus) in verbo, in conuerſatione, in caritate, in fide, in caſtitate; nobis verò in agro Domini excolendo non otioſos ſe præſtent, ſed tanquam fideles operarios ad meſſem hanc miſſos, qui nos opera ſua adiuuẽt, vt quaſi purum triticum in horrea cæleſtia congregemus.

Ad publicas proceſſiones vocati cuiuſcunq; ordinis fuerint regulares, non in Ciuitate ſolum,

ſed

Digitized by Google

ſed in tota Diœceſi, vbi monaſteria habent, accedere ne recuſent.

Nemini eorum, qui intra clauſtra degunt, confeſſeſsiones audire licebit, niſi qui in ſcriptis licentiam à nobis, vel Vicario noſtro generali obtinuerit, neq; illis extra Eccleſiam, aut confeſsionalia, prout ſuperius titulo de ſacramẽto pænitentiæ ſtatuimus, ſub pænis ibidem contentis.

Qui verò extra clauſtra degunt, regulares in Diœceſi noſtra, nec miſſas celebrare, nec alicui Eccleſiæ ſeruire, ſine noſtra in ſcriptis licentia audebunt, ſub pœnis arbitrio noſtro imponendis.

Regulares ſacræ ſcripturæ lectionem in ſuorum monaſteriorum eccleſijs habere curent, vt verbo, & exemplo non ſolum fratres, ſed & alij Chriſtifideles inſtruantur. Per Ciuitatem non ſoli, ſed bini, & ſuo quiſq; habitu decenti incedant, domos ſuſpectarum mulierum ne ingrediantur. Noctis tempore ne vagẽtur per Ciuitatem, niſi de licẽtia eorum ſuperioris, & bini facibus accenſis: Intra clauſtra monaſterij ne admittant mulieres cuiuſuis dignitatis, & gradus, ſub pænis, & cenſuris conſtitutionibus Sum. Pont. fe. rec. Pij V. & Greg. xiij. contentis.

Digitized by Google

Si extra monaſterium degunt, eorum exceſſus per curiam noſtram cognoſcantur, ac puniantur, ſi verò intra monaſterium degunt, extra tamen deliquerint, & populo ſcandalo ſint, infra præfiniendum tempus puniantur ab eorum ſuperioribus, quod ſi in illis puniendis negligentes fuerint, ſimiliter per noſtram curiam puniantur, ſeruata forma decreti Sac. Conc. Trid. & Conſt. Sãtiſſimi Domini Noſtri Clemẽtis Papæ octaui nuper editæ quæ incipit. Suſcepti muneris.

Caueant tam Clerici ſeculares, quã regulares bannitos, facinoroſoſuè homines receptare, aliauè neceſſaria eis præſtare.

Ab eorum monaſterijs abſq; licentia ſui ſuperioris ne diſcedãt, alioquin deprehẽſi carceribus mancipentur, & interim eorum ſuperiores de dicta carceratione certiores reddantur.

Regulares qui curam non habent animarum ſpõſos ne benedicant, neuè mulieres à partu ad eccleſiam veniẽtes benedicant, ſed Parochis hoc benedicendi munus relinquant, quod eorum proprium eſt, ſub pæna excommunicationis, & in eorum eccleſijs mortuorum cadauera abſq;

Pa-

Parochi præſentia ne ſepeliāt ſub pæna interdicti: nec à caſibus nobis reſeruatis, & eis nō conceſſis abſoluere audeant virtute priuilegiorum, quæ Mare magnum vocant, alioue prætextu, etiam Roſarij, ſacris canonibus, & declarationibus deſuper factis per Illuſtriſſimos DD. Cardinales ſacri concilij interpretes obſiſtentibus, contrauenientes excommunicationis latæ ſententiæ vinculo ſint irretiti.

De inuentario bonorum eccleſiaſt. conficiendo.

NE res, & bona Eccleſiarū deperdantur, aliorūq; cupiditati ea occupandi exponantur, ſi nulla de eis conſeruentur monumenta, ſtatuimus, vt cataſtum, ſiue inuentarium quamprimum cōficiatur ab omnibus Archipresbyteris, Plebanis, Parochialium eccleſiarum rectoribus, nec non, & quorumcunq; beneficiorum eccleſiaſticorum cū cura, & ſine cura Capellanis, & Titularibus, vel alijs quouis alio nomine illi nuncupentur: Hoſpitalium quoq; confraternitatū, & aliorū piorum locorum præfectis, in quo bona, iura, actiones, cēſus, reditus, nomina de-

Digitized by Google

bitorum, deniq; omnia ad ipſum ſpectantia adnotentur, nominatimq; bonorum qualitates, & quantitates, ipſorumq; cõfinia adſcribantur iuxta conſtitutionem fe. rec. Sixti V. eorum vero inuẽtariorum exemplaria duo authentica conficiantur, quorum vnũ in Archiuio noſtro Epiſcopali conſeruetur, alterum verò penes ſe habeant, diligenti cura cuſtodiendum.

De Monialibus.

MOniales cæleſti ſponſo Chriſto in religionem dicatæ, & mundo iam abſconditæ, id quod per velum, quo velantur expreſſe ſignificatur, vt diſciplinam, quam votis ſollemniter nuncupatis religiosè profitentur, ſanctè etiã tueantur, ſi mentem ad cæleſtia ſubleuantes, iuxta eorum regulam, ab aſsidua oratione non ceſſent. Eccleſiaſtica ſacramenta frequentent, ac præcipuè paupertatẽ, & obedientiam, ſpiritu, & opere bono caſtitatis adiũgant ſi quæ autem laxiorem viuendi modum nactæ à regula deflexerint, priſtinæ reſtituantur integritati.

Ne Monaſteriorum pauper cenſus, dum moniali-

libus

Digitized by Google

libus ad victum, & cultum neceſſaria ſuppeditare non valet, illas à curſu, vel à debito diuini obſequij ſtudio retardet, certum ipſarũ numerum, qui commodè poſſit ex monaſterij facultatibus ali, Sac. Trid. Concilium ſtatuendum eſſe decreuit, propterea numerum monialium nullo modo augeri mandamus, donec de monaſterij redituum nobis conſtiterit augmento, & perſpectis auctæ facultatis viribus aliter ſtatuerimus.

Moniales alloqui ne ſanguine quidem coniunctis liceat ſine licentia noſtra, vel Vicarij noſtri Generalis, ſub pœna excommunicationis, & alijs arbitrio noſtro infligẽdis, à qua lege patres, matres, & ſorores immunes eſſe volumus, & declaramus, modo cum alijs colloquium non habeant, quàm cum illis filiabus, & ſororibus. Nulla præterea monialis cuiuſcunq; generis perſonarum literas accipiat, aut legat, nec alij ſcribat, niſi de illis Abbatiſſam prius fecerit certiorem.

Quoniam Sacra Trid. Synodus excommunicationis pænam ijs conſtituit, qui puellas, vel ſuas, vel alienas ad habitum religionis ſuſcipiẽdum,

Digitized by Google

aut ad emittẽdam profeſsionem inuitas coegerint: Ideo ne quis illius culpæ reus fiat eoq; anathematis vinculo irretiatur: Studeant Parochi, vt huiuſmodi decretum quotãnis ſæpius inter miſsarum ſollemnia ab ipſis frequenti populo promulgetur.

Nullus medicorum cuiuſcumq; generis ſit, monaſterium ingredi, & ſanctimoniales curare præſumat, niſi prius à nobis, fuerit approbatus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna.

Quoniam nulli abſq; neceſſaria cauſa monaſterij patere debet ingreſſus, mandamus, vt cũ medicus, aut quicũq; alius illius ſepta erit pro cauſis neceſſarijs ingreſſurus, licentiam à nobis, vel à noſtro Vicario in ſcriptis obtineat generali, alias ipſo facto pænas excõmunicationis incurrat, ingredientẽ quoq; duæ ex aſsiſtentibus comitentur, & ad eius ingreſſum campanula pro ſigno pulſetur, vt monitæ moniales recedant, licentia verò non niſi ſub præſcriptis conditionibus ſemper intelligatur eſſe conceſſa; Noctis verò tempore ſine vrgẽti cauſa à nobis, vel Vicario noſtro ante probãda, nemini vnquam monaſterij clauſtra patebunt.

Con-

Confeſſarij, & Capellani tantum quibus nos audiendi monialium confeſsiones, & diuina illis officia, & miſſas celebrandi facultatem fecerimus, his ſe ſe muneribus ingerant, alijs omnino prohibemus ſub pæna arbitrio noſtro infligenda.

Vigore conſtitutionis Sanctiſsimi D. N. Clementis octaui prohibentur moniales priuato nomine munera dare.

Regulas, atque ſui ordinis conſtitutiones ſic ab eis perpetuò legi volumus, vt quotidie illarum caput ſaltem vnum ab aliqua moniali ſiue in refectorio, ſiue alibi, cæteris audientibus legatur eo ordine, vt à primo capite ad extremum procedatur, ac deinceps ad primum caput redeatur, vt hac ordinis ratione perpetuò ſeruata, nunquam regularum lectio intermittatur, quò crebriori ſalutarium præceptorum commemoratione, ipſa in ſuo obeundo munere diligentiores fiant.

Illas præterea duas ſalutares conſtitutiones à fe. re. Pio V. de clauſura monialium editas, quas ad ipſarum vtilitatem vulgari ſermone explicandas curabimus quotannis ſemel, iterum, atque eò ſæpius in capitulo publicè legi iubemus, vt

Statim cum admittũtur clericali habitu ſuſcepto prima tonſura initientur, Grãmaticam, Muſicam, diuinaq́ ſtudia, & præcipuè caſus quos vocant conſciẽtiæ addiſcant, ſanctiſsimo miſſæ ſacrificio deuotè ſingulis diebus interſint, & alternatim celebranti in miniſterio altaris inſeruiant. Dominicis, & feſtis diebus de præcepto noſtræ inſeruiant Eccleſiæ Cathedrali, ſemel ſaltem quolibet menſe confiteantur, & de confeſſarij conſilio ad ſacram communionem accedant.

Rector Seminarij ſtudeat, vt bene hoc inſeruiendi munere fungi ſciant, cætera ad bonum Seminarij regimen ſpectantia ſeruari mãdamus, iuxta leges à nobis præſcriptas.

De officio Parochi.

QVam maximum pondus ſuper humeris ſuis ſuſtineant Parochi, reliquiq́ animarum curatores, nec mente penitus excogitare valemus, monemus tamen illos ſæpe meminiſſe illorum verborum, quæ alias paſtoribus Iſrael minatus eſt Dominus dicens: Si dicente me ad impium morte

mo-

morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Ut igitur rectius, ac facilius (Deo iuuante) muneris ſui partes exequatur, præterea quæ in varijs harum conſtitutionũ titulis ad eos ſpectantia deſcripta ſunt, hæc etiam præcipua capita, & ipſis neceſſaria proponenda ſtatuimus.

Nullus poſſeſsionem Parochialis eccleſiæ adeptæ, ſiue adipiſcendæ adeat, niſi prius catholicæ fidei profeſsionem iuxta præſcriptam formam emiſerit, inuentarium bonorum per Parochos ad præſcriptam formulam conficiatur, & ad nos tranſmittatur.

Per ſe ipſe Parochus animarum curam exerceat, vel ſi fuerit legitimo impedimento detentus, nõ per alium, quàm per approbatum à nobis.

Omnibus diebus feſtis Rectores, ſiue Parochi miſſam omnino celebrent, vel per alium celebrari curent, & reliquo anni tempore, ita frequenter, vt muneri ſuo ſatisfaciant.

Libri deſcripti ſub rubrica de forma librorum, ſeptem apud Parochos omni diligentia, ac fideliter

ter conſcripti conſeruentur, vt vrgẽte occaſione ſucceſſoribus conſignari poſſint, & nobis, vel Vicario noſtro generali, aut viſitatoribus noſtris, quotieſcunq; opus fuerit exhibeantur, & eorum exempla ſaltem biennio poſt Natiuitatẽ Domini ad Curiam noſtram tranſmittantur in publico Archiuio aſſeruanda.

Nomina publicorum vſurariorum, concubinariorum, matrimonio gradibus prohibitis ſcienter ſine legitima diſpenſatione copulatorum, coniugatorum, ſine Eccleſiæ iuditio diuortio facto ſeparatim viuentium, nobis quamprimum deferant, qui niſi poſt fraternam ipſorum Parochorum monitionem, & correctionem, à ſceleribus prædictis, ad meliorem vitam ſe receperint, ſacris intereſſe non permittant.

Cum his, qui Paſchatis tempore non communicauerint procedatur iuxta ſtatuta ſub titulo de ſacramento Euchariſtiæ.

Si in Parochia aliqui erunt ſacerdotes non celebrantes, aliqueuè perſonæ eccleſiaſticæ probatã vitam non agentes, eorum nomina per Parochos ad nos quamprimum deferantur.

Cum aliquem ex Parochis infirmari cõtigerit, vi-

X ci.ıior

cinior Parochus ipſi munera caritatis præſtet inuiſendo, ac vices eius in his, quæ ad animarũ curam pertinent, ſi opus fuerit ſupplendo.

Alienum Parochianum ſine proprij Parochi licentia quiſq; rector, aut ſacerdos, tam ſecularis, quam regularis ne ſepeliat, nec vlla ſacramenta, niſi ex permiſſu legis, aut ex noſtra licentia ei adminiſtret, ſub pœna à iure impoſita; & alia arbitrio noſtro imponenda.

Omnibus eccleſiarum rectoribus, & Parochis præcipimus, vt ſæpius moneant Parochianos ſuos, ſi eos ægrotare contigerit, vt prius ſpiritualem medicum. ſ. confeſſarium, quam corporalem quærant, quia præcedente medicina ſpirituali, corporalis vtiq; melius proficiet.

Medicis in ipſorum Parochia exiſtẽtibus, Rectores bullã Pij V. in curandis infirmis obſeruandam legant, ac intimẽt, quam in calce harum noſtrarum conſtitutionum adſcribendam curauimus, vt illam quàm ſæpiſſimè poterunt, eis in memoriam reuocent, præcipuè tamen cum ſciuerint aliquem ab illis in ſua Parochia curari, qui ſacramento pænitentiæ non ſe munierit, & ſi quos medicos inobedientes deprehenderint

eorum

eorũ nomina, & cognomina ad nos quamprimum deferant.

Diligentes, ac ſoliciti ſint Parochi ad uiſitandos infirmos, & non ſolum cum fuerint requiſiti ad eos accedant, ſed ipſimet ſe ſe offerant ad exhibenda eccleſiaſtica ſacramenta, in quibus miniſtrandis quoties conſtiterit aliquem negligẽtem fuiſſe, cum præcipuè à parochiano ſuo ad id vocatus fuerit, ſiue diù, ſiue noctù à nobis ſeuerè punietur.

Perlegant deniq; vt decet ſæpius has noſtras conſtitutiones, eaſq; ad vnguem obſeruare ſtudeãt, tam circa adminiſtrationem ſacramentorum, vt ſub vniuſcuiuſq; ſacramẽti titulo traditum eſt, quam circa omnia alia ſub diuerſis titulis ſtatuta, & ordinata.

De ijs, quæ generatim ad has conſtitutiones pertinent, & de pœnis contra inobedientes.

Cum maturo cõſilio, ac maiori qua licuit nobis diligentia, hæc, quæ iuuante Deo obſeruanda eſſe cenſuimus, in vnum compilauerimus, vt à noſtris ſubditis executioni mandanda propoſuerimus, pœnas in ipſis contentas innouantes diſtrictè præcepimus, vt ab omnibus qua decet di-

ligentia, & ſtudio ſeruentur.

Nobis tandem ſit reſeruata facultas, tam pœnas impoſitas commutandi, vel moderandi, augẽdi, nec non hæc noſtra violantes exilio, ſuſpenſione, carcere, pecuniaria pæna, etiam excommunicationis in ſubſidium puniendi, prout perſona, tempus, & delicti qualitas poſtulabit.

Poſt hæc autem nulla ex parte derogatum eſſe volumus conſtitutionibus diœceſanis, cæteriſque editis à nobis, ac prædeceſſoribus noſtris ſtatutis, & emanatis, niſi quatenus his contraria eſſent, nec per pœnas his decretis adiectas, alijs per ſacros canones, & apoſtolicas ordinationes, atq; conſtitutiones inflictis derogatum eſſe volumus, ſed integrum ſit nobis, ſiue his, ſiue illis pœnis, ſiue vtriſq; contrauenientes in eos animaduertere, vbi autem nulla pœna adiecta eſt, eam arbitrio noſtro imponendam eſſe volumus, & mandamus.

Cũq; ſuper conſtitutionibus noſtris difficultas aliqua contigerit illius declarationem noſtro iuditio reſeruamus, auctoritate tamen Sedis Apolica ſemper ſalua, cuius iuditio nos ipſos, & hæc omnia ſubijcimus corrigenda.

Omni-

Omnibus deniq; , & ſingulis noſtræ Ciuitatis, Diœceſiſq; ſacerdotibus , & clericis mandamus , ut intra mēſem poſtquam hæ noſtræ ſynodales conſtitutiones impreſſæ, atq; in lucem editæ fuerint, eas apud ſe habeant , perlegantque, ne quid ſibi obſeruādum fuerit , ignorent , ſub pœna noſtro arbitrio imponenda.

De Iudicibus Synonalibus.

PRo ſpiritualibus cauſis, & ad forum eccleſiaſticum pertinentibus ab Apoſtolica ſede in partibus delegādis , ut quæ de his per ſacra decreta Cōc. Trident. traduntur, omni ſollemnitate ſeruentur, infraſcripti ſynodales iudices eliguntur.

R. Io. Carolus Henricus V. I. D. Archipresbyter Auletanus.

Aphonſus Amendola V. I. P. Archipresb. Petræ Paganæ.

Octauius Sapiolus V. I. P. Archipr. Pulciceſis.

Io. Antonius margiotta V. I. P. Presbyter Petræ Paganæ.

De Examinatoribus Synodalibus.

S*Acri Conc. Trid. circa ſynodalium examinatorum electionẽ, præcepta ſequentes, hos noſtra in Diœceſana ſynodo eligendos duximus.*

Reuer. Andream Albanenſem Archidiaconum Compſanum.

Fratrem Chriſtophorum Milaneſium Ord. Erem. S. Auguſtini Theol. Compſan.

Io. Carolum Henricum Archipresbyterum Auletanum V. I. D.

Aſcanium Fortiatum Archipresb. Vetranum Sac. Theol. P.

Alphonſum Amendolam Archipresb. Petræ Paganæ V. I. P.

Io. Franciſcum Marcum Vetranum Presbit.

Io. Mariam de Conſulibus Archipresbyterum Cõturſinum.

Io. Antonium Margiottam presbyterũ Petræ Paganæ V. I. P.

Io. Franciſcum Rium Primicerium Oliuetanum.

De

Digitized by Google

De Teſtibus Synodalibus.

ANtiquorum inſtitutis canonum inhærentes, ſubſcriptos viros prudentia, ac probitate præditos, qui in Ciuitate, & Diœceſi noſtra emendanda, ac corrigẽda ſedulo perſpiciant, vt ea ad nos vel ad noſtrũ generalem Vicarium, omni affectione humana poſtpoſita, pro ſui officij munere deferãt in ſynodales teſtes duximus eligendos.

COMPSAE.

RR. D. Iacobum Paparellum Archipresbyt. & D. Auguſtinum Antonalium Primicerium.

Caletri.

R. Subſtitutum Archipresbyterum.

In Petra Pagania.

R. D. Ricardum Rubinettum.

Andrectæ.

R. D. Rugerium Longum.

Cariani.

R. D. Archipresbyterum ſubſtitutum.

Theoræ.

R. D. Angelum de Salerno Primicerium.

In terra capitis ſileris.

R. D. Iacobum Rentium.

Cala-

Calabreti.

R. D. Caſarem Botium.

Qualiettæ.

R. Archipresbyterum.

Senerchiæ.

R. Archipresbyterum.

Oliueti.

R. D. Jo: Franciſcum Rium Primicerium.

Conturſij.

R. Jo. Mariam de Conſulibus Archipresbyt.

Pulcini.

R. D. Angelum Trimarcum.

Vetri.

R. D. Siluium Maurum.

Saluitellis.

R. Archipresbyterum.

Auletæ.

R. D. Onofrium Abundatum.

In Terra Sancti Gregorij.

R. Archipresbyterum.

Pali.

R. Archipresbyterum.

Culiani.

R. Archipresbyterum.

Valuæ.

R. D. Angelum Trillum. **La-**

Digitized by Google

Lauiani.

R. Archipresbyterum.

Sanĉti Mennæ.

R. Archipresbyterum.

In Terra Caſtrinoui.

R. Archipresbyterum.

In Terra Sanĉti Andreæ.

R. Archipresbyterum.

Qui in manibus noſtris ſe munus ſuũ rectè, ac fideliter executuros tactis ſanctis reliquijs iurarũt.

De forma deſcribendorum librorum.

OMnes Archipresbyteri, & Parochi ſeptem habeant libros, qui nobis ante ab vnoquoq; afferantur, vt noſtro ſigillo obſignentur, & eorũ paginæ annotentur, quàm in illis aliquid annotetur, & ſunt.

1. *Liber Baptizatorum.*
2. *Liber Confirmatorum.*
3. *Liber Matrimoniorum.*
4. *Liber ſtatus animarum.*
5. *Liber Defunctorum.*
6. *Liber Regiſtratorum.*
7. *Liber Miſſarum celebratarum.*

Digitized by Google

Forma deſcribendi baptizatos hæc eſt.

Die, etc. menſis, etc. anno, etc. Ego N. Archipresb. vel Parochus, vel Presbyt. Eccleſiæ N. baptizaui infantem die, etc. natum, vel natam ex N. & N. coniugibus, cui fuit impoſitum nomen N. Patrini fuerunt N. & N.

Si infans non fuerit ex legitimo matrimonio natus matris ſaltem nomen de qua conſtat, ſcribatur vt ſupra, ſed omnis infamiæ occaſio vitetur.

Si de parentum neutro conſtat ſcribatur.

Baptizaui infantẽ cuius parẽtes ignorãtur, ut ſup.

Si verò infans fuerit expoſitus, qua die fuerit repertus, & quot dierum veriſimiliter fuerit exprimatur.

Si domi imminente mortis periculo fuiſſet baptizatus, ita ſcribatur.

Die, etc. menſis, etc. anno domini, etc. natus eſt filius N. & N. coniugũ, qui mortis imminente periculo domi à N. obſtetrice probata ritè fuit baptizatus, & patrinus fuit N. vt ſupra.

Si ſuperuixerit, & ei fuerunt Catechiſmi, & Exorciſmi adhibitæ cæremoniæ, ita addatur.

Die, etc. eiuſdem menſis, etc. fuit infans ipſe ad eccleſiam N. Parochialem, vel maiorẽ ductus

ctus, cui Ego N. Archipresbyter, vel Parochus, vel Presbyter eiuſdem Eccleſiæ reliquas Catechiſmi, & Exorciſmi ſacras cæremonias, & preces de more adhibui, & nomen N. impoſui: patrinus in his fuit N.

Si infans ſub conditione fuiſſet baptizatus, etiam exprimatur.

Forma deſcribendi confirmatos.

Die, etc. menſis, etc. anno, etc. N. filius, vel filia N. & N. coniugum confirmationis ſacramentum ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino N. Archiepiſcopo N. accepit in eccleſia N. patrinus fuit N.

Si confirmatus non fuerit ex legitimomatrimonio natus, & certos parentes nõ habuerit, ſcribatur vt in forma deſcribendi baptizatos.

Forma ſcribendi coniugatos.

Die, etc. menſis, etc. anno, etc. tribus diebus feſtiuis infra miſſarum ſollemnia præmiſsis denũciationibus, quarum prima die, etc. ſecunda die, etc. tertia die, etc. habita eſt, & nullo legitimo impedimẽto detecto Ego N. Archipreſbyter, vel Parochus eccleſiæ N. interrogaui N. & N. & eorum mutuo habito conſenſu ſollem-

niter per verba de præſenti matrimonio coniunxi, præſentibus N. & N. & N. & demum ex ecclesiæ ritu in miſſæ celebratione benedictionem dedi.

topoſti à conti da renderſi, quãto de i denari ancora acquiſtati da ciaſcun in qualſiuoglia modo, le quali in tutto per tutto ſe deueno mettere in comune, ne tampoco ſe per via di volontaria contributione ſe aggregano nel comune priuatamente ſarãno dati attribuiti à qualſiuoglia religioſo dalli loro ſuperiori, ò dalli loro parenti propinqui familiari, & amici, ò beneuoli, & deuoti Chriſtiani ancora à contemplatione de limoſine, ò carità, e di quella propria perſona, ouero in qualſiuoglia modo ſaſaranno ſtate acquiſtate per qualſiuoglia religioſo al ſuo moniſtero, caſa, ò luogo, e li ſaranno ſtate conceſſe per li ſuperiori, che di quelle diſponeno à loro arbitrio.

Fuor che li piccoli doni di coſe di mangiare, ò di bere da donarſi comunemente, e non particolarmente quando parerà al ſuperiore con conſenſo del conuento. e di più declaramo, che queſti mandar di doni ſon prohibiti ad eſſi religioſi dell'vno, e l'altro ſeſſo, non ſolo per ſe, ma ancora per altri tanto direttamente, quanto indirettamente, e neſſuno poſſa eſcuſarſi da queſta generale prohibitione ancor di mandare doni à qualſiuoglia perſona laica, ò eccleſiaſtica di qualſiuoglia grado, ò ſtato, dignità, ò conditione, e che riſplenda non ſolo di mondana dignità Duchale, Regia, Imperiale, ma ancora eccleſiaſtica, ò Pontificale, e d'altra maggiore, ancor de Cardinalato della Santa Romana Chieſa, benche ſi dona all'ordinario del luogo per cagion di benedittione, ò di prendere habito regolare, tonſura, ò profeſſione di monache tanto ſogggette à ſe, quanto non ſoggette, ouero ad eſſo proprio protettore, vice protettore, generale, ò prouintiale dell'ordine, ò ſuperiore, ouero à ciaſcun'altro officiale di qualſiuoglia monaſtero, priorato, caſa, e d'ogn'altro luogo regolare, ouero à ciaſcun ſemplice, e particolar religioſo, di modo che tutti donatini ſiano totalmente interdetti tra eſſi religioſi ancora, acciò ſpenti da cattiua ambitione per conſeguir grado, dignità, nella religione l'vno non cattiui la beneuolẽtia, e fauore de l'altro, eccettuato il donar di coſe minime con licenza de'ſuperiori eſpreſſa, e ſcritta.

Oltra di ciò prohibemo, che giamai ſia lecito all'iſteſſi regolari ſpendere in qualſiuoglia modo denari in honor' ancora di benefattori, e protettori, ò ordinarij, ancor che per occaſione di paſſaggio, ò de prima intrata, ò in ricordanza di beneficij riceuuti, & in ſegno di gratitudine, ò per alloggiare honoratamẽte ſplen-

ſplendidamente,& abondantemēte le predette perſone di qual ſiuoglia dignità, & autorità, ouero per fare conuiti all'iſteſſi, ò ad altro per qualſiuoglia occaſione, ò cauſa, ò mangiamento, e cōpimento di bere da farſi à ciaſcuna perſona tanto dall' iſteſſo ordine, congregatione, monaſtero, ò caſa, ò luogo, quanto ſtrani, & foraſteri, ò per demoſtrationi benche pie, e religioſe dentro le Chieſe, monaſteri, e caſe ſacre, ò religioſe, ò fuor di quelle in tutti i luoggi priuati ſacri, ò profani, ancorche ſi rapreſentaſſe vita di ſanti, e ſante, ò ſe rapreſentaſſero à i popoli le coſe fatte piamente ancor in memoria della Paſſione di N. S. ouer d'altro modo nelle coſe predette, & in tutte l'altre ſouerchie, & vane che appartieneno alla pompa, & oſtentatione, e delettatione, & al guadagno di pochi, e priuati commodi, ſe non effettualmente queſte ſpeſe ſi faccino per il culto diuino, e per ſubleuar i poueri di Chriſto biſognoſi, oſſeruandoſi in ciò l'ordine della carità, & hauendoſi riſguardo alla neceſſità con conſeglio, e conſenſo di ſuperiori, ouero d'altro modo nelle coſe lecite non prohibite per Capitolo generale, ò prouintiale, e che non eccedano la taſſa, in quelli Capitoli preſcritta.

Declarando, che per queſte lettere in niun modo ſia diminuita, ò ò prohibita l'hoſpitalità comendata per dottrina Apoſtolica, e ſacri Canoni principalmente verſo li poueri, e pellegrini, anzi s'alcune renditi ſono ſtati per qualche modo applicati, ò donati à queſto effetto, ò per fondatione, ò ſtatuti, ò conſuetudine d'alcuni monaſteri, ordini, ouero di ſimili luoghi regolari, ò per volontà di teſtatori, ò ordinatori quelli dal tutto volemo, che s'habbiano da ſpendere come cōuiene nelli pij vſi di queſta hoſpitalità, e nelli monaſteri principalmente, e luoghi diſerti, & aſſai diſtanti dalle caſe di laici, doue primieramente s'habbia riſguardo alli poueri veramente biſognoſi, ma ſi accaderà alli ricchi, e potenti per occaſione di tranſito, ò per deuotione, & neceſſità ſarebbe di conuenienza eſſere contenti del refettorio comune con religioſi, e della menſa, & viuande comuni, non diſtinte da gli altri, ma eſſi religioſi così ſi debbiano portare nell'albergare queſti potenti, che in loro riluca dal tutto la ſobrietà, e religioſa pouertà, parimente prohibemo, che niſſuno laico delli predetti, ò chierico ſecolare, ò regolare ornato di qualſiuoglia honore, preminenza, nobiltà, & eccellentia, dignità anco di Cardinalato della Sāta Romana Chieſa, benche protettor

tore, viceprotettore, ordinario di luogo, Prelato generale, Prouinciale del monaſtero, caſa, ò ſuperiore di qualſiuoglia loco, ò parenti, & amici loro, e miniſtri dell'vno, e l'altro ſeſſo riceuano qualche coſa contra queſta prohibitione d'altro modo, che di ſopra è ſtato detto.

Per lo che ſi riceueranno alcuna coſa, ò da particolar religioſo, ò da altro Superiore, Generale, Prouinciale, ouero altro officiale, ò dal Conuento, Capitolo, Congregatione, non faccino ſuo quel che haueranno riceuuto, ma ſubito ſeuz'altra monitione, decreto, ſentenza, ò declaratione del giudice ſiano dal tutto tenuti alla reſtitutione nell'vno, e l'altro foro, in tanto che non poſſano eſſere aſſoluti tampoco nel foro della conſcienza, ſi non con effetto fatta la reſtitutione.

Ma queſta reſtitutione volemo, che ſi faccia non priuatamente à quello religioſo, il quale hà donato, ma à quel monaſtero, ouero ad altro loco, delli cui beni è ſtato fatto il dono, ouero ſi delli beni di quelli non è ſtato donato, à quello monaſtero nel quale il donatore religioſo hà fatta la profeſſione, ò ſi fuſſe ſtato donato per nome, e parte di tutto il Capitolo, congregatione, ò vniuerſo ordine, ò religione parimente ſi reſtituiſcano li doni riceuuti alla comune menſa, ouero alla maſſa per nome della quale ſarà ſtata fatta la donatione, di modo che ne chi hà donato, ne il Conuento, Capitolo, congregatione, ordine, ò religione, alla quale s'hà da fare la reſtitutione poſſa quella rimettere, e di nuouo donare, ò leuare dall'obligo della reſtitutione chi le riceue, ouero di dar licenza di ſpenderle a'poueri.

Laonde s'alcuno delli ſopradetti regolari di qual ſi ſia delli due ſeſſi d'ogni grado, dignità, ordine che fuſſe, & ouunque ſi ritrouaſſe ſeparatamente, ò congiuntamente con gli altri ſarà tranſgreſſore di queſte noſtre prohibitioni, ſtatuti, ordinationi, comandamenti, decreti, e mandati, comandamo, e decretamo, che ſubito reſti priuato di tutte dignità ottenute, gradi, peſi, & officij, e perpetuamente inhabile, & incapace ad ottenere quelli, & altri ſimili, e diſſimili per l'auenire, e ſia macchiato di perpetua infamia, & ignominia, e di più incorra ſubito ſenza alcun decreto del ſuperiore nella priuatione di voce attiua, & paſſiua, & oltra di queſte pene ſi poſſa procedere, & inquirere come contra malfattore di peccato di furto, e ſimonia, tanto per via de dinuntia, accuſa, ò querela, quanto anco ex officio,

e ſi caſtighi con degne pene, ma volemo che l'altre pene ſtatuite dalla legge, e decretate, e poſte per altre conſtitutioni Apoſtoliche, ò proprij ſtatuti, e conſuetudine di qualſiuoglia ordidine, congregatione, e monaſtero, caſa, luoco, reſtano con la loro forza, & valore contra coloro che commetteno alcuna delle coſe dette di ſopra. Per lo che comandamo per reſcritti Apoſtolici à tutti moderni ordinarij di luoghi, e che ſaranno pro tempore, & à tutti Vicarij, & officiali loro, & anco alli ſuperiori generali, anco prouinciali di qualſiuoglia ordine, Priorato, Monaſtero, e caſa, & à tutti gli altri alli quali tocca, che eſſi, & ogn'vno d'eſſi in quanto lorò appartiene habbiano penſiero con ogni ſtudio, diligenza, autorità, & vigilanza di far oſſeruare fermamente, & inuiolabilmente la preſente conſtitutione, e di far caſtigare con condegne pene tutti li diſſobedienti, ò tranſgreſſori, caſtigando l'iſteſſi diſſobedienti, & anco cõtradittori, e ribelli con rimedio della legge, e del fatto poſtpoſta l'appellatione, & implorato à ciò l'aiuto del braccio ſecolare ſi vi ſarà di biſogno non oſtante le conſtitutioni. & ordinationi Apoſtolice, & anco ſtatuti, conſuetudini, e priuilegi, indulti, e lettere Apoſtolice di qualſiuoglia tenor ſi ſiano roborati con giuramento, e confirmatione Apoſtolica, ò con altra fortificatione di tutti monaſteri, priorati, caſe, luoghi, & ancora d'ordini, congregationi, e collegij, per li quali non eſſendo eſpreſſe alle preſenti, ouero poſte di parola in parola ſi poſſa impedire, ò differire l'effetto della noſtra conſtitutione, delli quali integri tenori s'haueſſe à fare ſpetiale mentione nelle noſtre lettere, li quali tutti in quanto ſono contrari in alcuna coſa alle coſe premeſſe à fatto noi li leuamo, e togliemo non oſtante anco tutte l'altre coſe contrarie.

Ma volemo, che le preſenti lettere ſi publichino nelle porte di San Giouanni Lateranenſe, e del Prencipe delli Apoſtoli di Roma, e nel Campo di Fiore, con affigere, e laſciar le copie di queſti nell'iſteſſi luoghi, e di più le copie di queſte, ò compendio s'inſeriſcano nelli libri di ſtatuti delli predetti monaſteri, Priorati, collegij, caſe, ordini, e congregationi: ma quanto alle monanache voltati prima in volgare lingua ſecondo ſe ragiona nel paeſe, e dall'ordinario del luogo, il quale habbia penſiero, che ciò ſi faccia quanto prima, & ogn'anno almeno nelli Capitoli, e congregationi loro ſi leggano con alta, & intelligibil voce, e dopò

dopò ſeſſanta giorni dal giorno della publicatione come ſi preſoppone da farſi nella Corte di Roma ogn'vno di quà di mõti, ma oltre di quelli dopò quattro meſi così coſtrengano, e caſtighino come ſe à ciaſcuno perſonalmente fuſſero ſtate intimate, e per loro giurate.

Et alli tranſonti di quelli, benche impreſſi ſottoſcritti di mano di publico Notaro, e ſigillati del ſigillo di perſona conſtituta in dignità eccleſiaſtica s'habbia l'iſteſſa fede in iuditio, e fuor di quello per tutto il Mondo, la quale ſi doueſſe hauere à queſte ſe fuſſero dimoſtrate preſentate: à niuno dunque ſia lecito di rompere queſta carta d'interdetto, prohibitione, declaratione, inhibitione, ſtatuto, mandato, derogatione, & volontà, ò contrariarle temerariamente s'alcuno preſumerà attentare queſto ſia certo d'incorrere nel ſdegno dell'onnipotente Iddio, delli Beati Pietro, e Paolo Apoſtoli. Dato in Roma in monte Cauallo l'anno dell'incarnatione di Noſtro Sig. 1594. alli 19. di Giugno nell'anno terzo del noſtro Pontificato,

De ordinatione, & promotione Doctorũ, & aliorum cuiuſcunque artis, & facultatis profeſſorum, & profeſſionis fidei facienda, ne dum per quoſcunq; ad aliquem gradũ promouendos, ſed etiam per iam promotos, & electos ad Cathedras, & Lecturas.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriam.

IN ſacro ſancta Beati Petri Principis Apoſtolorũ Cathedra, meritis licet imparibus, hiſce procelloſis militantis Eccleſiæ tempeſtatibus conſtitutos, plurimũ nos oportet eſſe ſollicitos, vt Domini gregem curæ noſtræ commiſſum non ſolum ab apertis rapacium luporum, vndecunq; caulis obſtrepentium inſultibus, ſed etiam à magis formidoloſis peſtiferarũ vulpecularum domi latitantium inſidijs, per prouidum paſtoralis officij miniſterium, ipſo Domino cooperante præſeruemus, ac illis omnes nocendi occaſiones, quantum cum Deo poſſumus, vbilibet auferamus.

Digitized by Google

Cum itaq; iuxta notum Sanctiſſimi Vatis oraculum, timor Domini, ſine quo vera Religio, & Catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, ſapientiæ ſit initium, & qui vel in ſcientijs proficere, vel eas alios docere parant, ſupremum illum ſapientiæ parentem, benignumq; largitorem deuoto ſanæ fidei obſequio demereri, veraq; ſinceræ Religionis pietate ſibi conciliare debeant. Idcirco hanc Fidei puritatem ſcientijs, doctrinisq; quibuslibet tum tradendis, tum addiſcendis, tanquam neceſſariam baſim, conſtituere, & ne ſimplicia nonnullorum adoleſcentium, res nouas audiendi cupidorum, ingenia in naufragos blādientium hæreſum ſcopulos imprudenter impingant, occurrere cupientes; Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; quod deinceps nullus Doctor, Magiſter, Regens, vel alius cuiuſcunq; artis, & facultatis profeſſor, ſiue clericus, ſiue laicus, ac ſæcularis, vel cuiuſuis ordinis regularis ſit, in quibuſuis Studiorū generalium Vniuerſitatibus, aut Gymnaſijs publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris Cathedram aſſequi, vel iam obtētam retinere, ſeu alias, Theologiam, Canonicam, vel Ciuilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuſcunq; Ciuitatibus, Terris, Oppidis, ac locis, etiā in Eccleſijs, Monaſterijs, aut Conuentibus Regularium quorumcunq; publicè vel priuatim quoquomodo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipſi, aut Vniuerſitatum, ſeu Gymnaſiorum eorundem Rectores, Cancellarij, vel alij ſuperiores, ſed nec etiam palatini Comites, aut alij particulares facultatem eruditos viros ad eoſdem gradus promouendi, etiam à nobis, & Apoſtolica Sede, vel alias vndecunq; habentes, ſcholares, tam Laicos quam Clericos, & cuiuſuis ordinis regulares, vel alios quoſcunq, quantalibet eruditione præditos, ad vllum gradum in eiſdem facultatibus ſuſcipiendū recipere, & admittere; Neq; Doctores, Magiſtri, & Scholares ad electionem alicuius in Rectorem, vel Cancellarium Vniuerſitatis, aut Gymnaſij procedere; Nec ipſi Scholares, vel alij quantumlibet docti, & alioqui habiles, gradus huiuſmodi, vel eorum aliquem, palam, vel vel priuatim recipere valeant, Niſi Doctores videlicet, ac Regentes, Magiſtri, & alij profeſſores iam ad Cathedras, & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra verò illā infra ſex menſes

ſes à die publicationis præſentium computandos , reliqui verò ad Cathedras, & alias lecturas ibidem in poſterum aſſumendi ante illorum receptionem in rectoris , vel aliorum ſuperiorum , Eligendi autem in Rectores,vel Cancellarios ante illorum electionem, vel ſaltem admiſſionem in Ordinarij loci, vel eius in ſpiritualibus Vicarij ; Ac promouẽdi Scholares : & alij præfati ante illorum promotionem in eiſdem Ordinarij, ſeu eius Vicarij, aut Doctorum aliorumue promouentium manibus, præuio etiam proceſſu, vel debita informatione, quantum eis ſufficere videbitur, ſuper Religione, Fideq; Catholica, Rectorum, Cãcellariorum, Doctorum, Lectorum, & promouendorũ eorundem per ipſos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios rite facta præcedente, eandem Catholicam fidem, verbis, iuxta formæ infraſcriptæ tenorem conceptis palam, & ſolemniter profiteri teneantur. Et deſuper inſtrumentum publicum confici, ac de proceſſu, ſeu informatione, & fidei profeſsione in Priuilegio Doctoratus, vel alterius gradus huiuſmodi ſpecialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fieri debeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Ac omnibus, & ſingulis earundem Vniuerſitatum, & Gymnaſiorum Rectoribus, Doctoribus, & alijs ſuperioribus, ac alias facultatem doctorandi habentibus, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiæ fuerint, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel maiori dignitate, etiã Cardinalatus honore, ac Ducali, vel alia etiam Regia, & Imperiali auctoritate præfulgeant, ne quem in Vniuerſitatibus, Ciuitatibus, Oppidis, vel aliis locis ſibi in ſpiritualibus, vel tẽporalibus ſubiectis, aliter Cathedras, aut alias lectiones retinere, conſequi, vel ad gradus promoueri reſpectiue patiantur, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, quo ad Antiſtites, quo vero ad inferiores, ſub excõmunicationis latæ ſententiæ,necnon priuationis omnium, & ſingulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum Eccleſiaſticorum per eos quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, eo ipſo per contrafacientes incurrendis pœnis diſtrictius inhibemus: Ac quaſcunque receptiones, promotiones, electiones, & admiſſiones abſq; proceſſu, certaq; de Religione, & Fide Catholica notitia,ac dicta fidei profeſſione ſic (vt præfertur) præcedente, pro tẽpore

factas nullas inualidas, nulliuſq; roboris, vel momēti eſſe, neq; cuiquam in iudicio, vel extra ſuffragari poſſe, Sicque per quoſcunq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Vniuerſitatum, & Gymnaſiorum, Ordinum, & locorum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis: ſtatutis, & cōſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, facultatibus, & literis Apoſtolicis eiſdem Vniuerſitatibus, & Gymnaſijs, ac Ordinibus, & locis, eorumq; Rectoribus, Doctoribus, Superioribus, etiam in temporalibus Dominis, Comitibus palatinis, & alijs etiam regularibus perſonis præfatis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarū derogatorijs, alijſque efficacioribus, etiam vim contractus inducentibus clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, etiam per nos, ac Sedem præfatam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quorumuis, etiam Imperatorum, Regum, Rerum publicarum, Ducum, & aliorū Principum inſtantiam, & alias quomodolibet conceſſis, ac etiam pluries approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficiēti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, ſpecialiter, & expreſſe motu ſimili derogamus, contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Ne autem quiſpiam præſentium ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare poſſit; ſed ipſæ ad omnium notitiam deducantur; Volumus, & mandamus, quod eędem præſentes in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,

Vrbe, & Cãcellariæ noſtræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris affixæ, copia illarum ibi dimiſſa, omnes in Italia intra tres, extra vero illam exiſtentes intra ſex menſes proximos ab ea die affixionis computandos pe. inde arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. *Forma autem dictæ profeſſionis Fidei hæc eſt.* Ego N. firma fide credo, &c. vt in ſequenti conſtitutione. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ ordinationis, inhibitionis, derogationis, voluntatis, ſtatuti, decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo quarto, Idibus Nouembris, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Fed. Cardinalius Cæſius.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

De forma iuramẽti profeſſionis fidei à Cathedralibus, & ſuperioribus eccleſijs, vel beneficijs curam animarum habentibus, & locis regularium, ac militiarum præficiendis obſeruanda.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Eccleſiæ ſuæ directionem, ſanctis Patribus in nomine ſuo cõgregatis diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudẽ, & gloriam inconſtanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem omnes quos deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus eccleſijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuſcunq; beneficijs eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Roman. Eccleſiæ obedientia per-

Digitized by Google

permanſuros ſpondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiã per quoſcunque quibus de Monaſterijs, Cõuentibus, Domibus, & alijs quibuſcunq; locis regularium quorumcunque ordinum, etiam Militiarum quocunque nomine, vel titulo prouidebitur idem ſeruari, & ad hoc vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtrę ſollicitudinis partes in hoc alicui minime deſiderari, formam ipſam præſentibus annotatam, publicari, & vbique gentium per eos ad quos ex decretis ipſius Concilij, & alios prædictos ſpectat, recipi, & obſeruari, ac ſub pœnis per Conciliũ ipſum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam profeſſionem prædictam ſolẽniter fieri, auctoritate apoſtolica tenore præſentiũ diſtricte pręcipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore. Ego N. firma fide credo & profiteor omnia, & ſingula quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. vtitur, videlicet. Credo in Deum, Patrem omnipotẽtem, factorem cæli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibiliũ. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine Deum verum de Deo vero. Genitum non factũ, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & cum glorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et vnã Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſsionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & cõſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto; nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem cõſenſum Patrum accipiam,
&

& interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vera, & proprie ſacramenta nouæ legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiã, Pænitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis atq; in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumq; Sacramentum ſumi, Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari, Similiter, & Sanctos, vna cum Chriſto regnantes, venerandos, atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero imagines Chriſti, ac deiparę ſemper virginis, necnon aliorũ Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarũq; vſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctã Catholicam, & Apoſtolicam Romanã Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathemati-

20. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Volumus autē quod præſentes literæ in Cancellaria noſtra Apoſtolica de more legantur: & vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo quarto Idibus Nouembris, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Fed. Cardinalius Cæſius.

Cæ. Glorierius.

Quæ ſint à Medicis obſeruanda in infirmorum curatione.

PIVS Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam. Super gregem Domini cum noſtræ vigilantiæ diuinitus creditum vigilis ſpeculatoris, prout nobis deſuper cōceditur, exercentes officium, ad ea per quæ animarum ſaluti cum diuini nominis gloria conſuli valeat, libenter intendimus, vt Chriſtifideles poſt Baptiſmum in peccata lapſi, per ſacramentum pænitentiæ Deo reconciliētur. Sanè cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente domino languido, quem ſanauerat, Vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouide fel. re. Innocentius Tertius prædeceſſor noſter Medicis præceperit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, ne

cum

cum eis hoc in extrema ægritudine conſtitutis ſuadetur, in deſperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam ſalutare præceptum nulla temporis præſcriptione aboleri, ſed ſemper obſeruari, conſtitutionem præfatam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus, & hac noſtra in perpetuũ valitura conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, quod omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipſos ante omnia moneant, vt idoneo confeſſori omnia peccata ſua iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ confiteantur, neque tertio die vlterius eos viſitent, niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilẽ cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus, conceſſerit, & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quod infirmi vt præmittitur peccata ſua confeſſi fuerint. Coniunctos verò, ac omnes familiares, & domeſticos infirmi in Domino rogamus & monemus, vt de infirmitate Parochum certiorem faciant, ac tam Parochus, quam coniuncti, & familiares præfati infirmum ad confeſſionem peccatorum ſuadeant, & inducant. Quod ſi qui Medicorum præmiſſa non obſeruauerint, vltra pænas in dicta conſtitutione cõtentas, quas incurrere declaramus, perpetuò ſint infames, & gradu medicinæ, quo inſigniti erant, omnino priuentur, & à Collegio ſeu vniuerſitate Medicorum eijciãtur, ac pæna etiam pecuniaria arbitrio Ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur. Et vt hæc omnia inuiolabiliter obſeruentur, volumus, & eadem auctoritate præcipimus, & mãdamus, vt nullus poſthac vbique locorum in Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quouis Collegio, & vniuerſitate concedatur, niſi omnia in præſenti noſtra conſtitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & Teſtibus obſeruare in eorum manibus, vel Ordinarij iurauerint, & de huiuſmodi iuramento in priuilegio, ſeu licentia medendi ſpecialis mẽtio fiat. Quòd ſi collegia, & vniuerſitates præfatæ non recepto à promouendis iuramento huiuſmodi, eoſdem ad gradum prædictum promouerint, aut eiſdem medendi licentiã perſtiterint, pænam priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrant, Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœceſibus proprijs præſentes noſtras literas publicari faciant, ac iuramẽ-

tum prædictum à Medicis iam promotis, ſeu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remedijs exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diœceſibus prædictis admittāt, niſi eis conſtiterit eoſdem iuramentum huiuſmodi præſtitiſſe, & contumaces, & iurare, ac iuramentum huiuſmodi iam præſtitum exhibere recuſantes, gradu Medicinæ, & omnibus priuilegijs eiſdem Medicis tam coniunctim quam diuiſim eis, & eorum cuilibet conceſſis per quoſuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingreſſu Eccleſiæ arceant, donec reſipuerint. Non obſtantibus præmiſſis, priuilegijs, indultis, literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis collegio, & vniuerſitati ſub quibuſuis verborum formis, & tenoribus conceſſis. Quæ omnia, quoad effectum validitatis conſtitutionis noſtræ tantū reuocamus, caſſamus, & annullamus, Et omnes Principes ſæculares, ac ac alios Dominos, & Magiſtratus temporales rogamus requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti eiſdem in remiſſionem peccatorum nihilominus iniungētes, quod in præmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum fauorem, & auxilium præſtent, ac contrafacientes pænis etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quod præſentes literæ in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæq; loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbicunque adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die vij. Martij. Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Pontificatus Noſtri Anno Primo. Cæ. Glorierius.

Contra non recitantes horas canonicas.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuā rei memoriam.

EX proximo Lateranen. Concilio pia, & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicunq; habens beneficium eccleſiaſticū, cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit

dixerit beneficiorum ſuorũ fructus pro rata omiſsionis officij, & temporis ſuos non faciat, ſed eos tanquam iniuſte perceptos, in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi, ſuſpẽſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius atque expreſſius prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderẽtur: qui vero matutinum tãtum, dimidiam: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat: tametſi aliquis choro ad dictus non recitans omnibus horis Canonicis cum alijs præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinẽ, fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendatis etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionẽ: Item ille qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales, portiones, & qualiacunq; alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunq; penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, declarationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, duodecimo Kalendas Octobris Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

INDEX

INDEX CENSVRARVM, QVAE HIS SYNODALIBVS CONSTITVTIONIBVS CONTINENTVR.

PRadicatores ſine licentia ſui ſuperioris prædicantes, ac Antichriſti, futurorumq; malorum præfixum tempus, iudicij certum diem prædicare præſumentes, vanas reuelationes comminiſcentes, Epiſcopos incaute obiurgantes reuelationes inconſulto Romano Pōt ſibi factas prædicantes ſunt excommunicati Leonis 10. Conſtitutioni, & Papæ eſt abſolutio reſeruata. pag. 20

Parochi pro licentia Parochianis extra ſuas Eccleſias communicandi tradita aliquid ab eis recipientes ſunt ipſo facto ſuſpenſi. 54

Presbyteri ſeculares, vel regulares confeſſiones ſecularium audientes ſine ordinarij approbatione ſunt excommunicati. 65

In cellis monaſteriorum, vel in priuatis domibus confeſſiones audientes ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab audiendis confeſſionibus. 68

Regulares infra biduum non teſtantes ſe audiuiſſe ægrotorum confeſſiones ab audiendis confeſſionibus ſunt ſuſpenſi ipſo facto. 70

Confeſſarij petentes aliquid voce, vel nutu ab ijs quos in cōfeſſione audierint ſunt ipſo facto à diuinis ſuſpenſi. 71

Abſoluentes à caſibus in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis ſunt excommunicati. 73

Ante legitimam ætatem extra tempora, & ſine literis dimiſſorijs ordinem ſacrem recipientes ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab executione ordinū in extrauag. Pij 2. 86

Parochus vnā matrimonij denūtiatiationem omittens eſt ſuſpenſus. 91

Contrahentes in gradu probibito ſcienter matrimonium ſunt excommunicati Clem. 1. de conſang. & affin. 93

Domini temporales impedientes Matrimonij libertatem ſunt excōmu- Conc. Trid. Decreto. 94

Sponſos alienæ Parochiæ matrimonio iūgere, vel benedicere præſumentes ſine licentia ſunt ipſo facto ſuſpenſi. 97

Ad nuptias impediendas veneficia, & faſcinationes adhibentes, atque in illis ſoluendis superſtitione vtentes auxilium, & conſenſum illis præ-

bentes ſunt excommunicati. 99
Celebrans bis in die etiam in caſibus à iure permiſſis in conſulto Vicario eſt ipſo facto ſuſpenſus. 131
Parochus ad ſepulturam admittens eos quos ab ea excludũt iura, atq; Summorum Pontificum ſanctiones eſt excommunicatus. 145
Regulares abſoluentes à caſibus reſeruatis ſunt excommnnicati. 253
Eſt excommunicatus cuiuſq; generis medicus ingrediens Monialium monaſterium etiam pro ſanandis infirmis niſi prius fuerit approbatus, vel licentiam in ſcriptis obtinuerit. 136
Qui virginem, vel viduam, vel aliam quamcumque mulierem cogunt ad ſuſcipiendum habitum, cuiuſcumq; religionis, vel ad ingrediendum monaſterium, vel ad emittendam profeſſionem ſunt excõmunicati in Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 18. vide pag. 155. & 188
Cum monialibus loquentes ludẽtes ab eis dona recipientes ea alicui peculiater donantes ad eaſdem ſcribentes ad malum finem ſunt excommunicati. 180
Dantes aliquid Curiæ Archiepiſcopalis, & Sancti Andreæ, & Sancti Mennæ temporalibus officialibus, & actuarijs ad corrumpendũ, & ipſi officiales, & actuarij recipientes, & vltra taxam exigentes huius facinoris procuratores, & mediatores ſunt excõicati. 181
Qui pro cauſis ciuilibus, & mixtis ad criminalem curiam confugiunt vaxallos Sancti Andreæ, & S. Mennæ delaturi ſunt excõicati. 181
Abutentes ſacramentis, & ſacramentalibus ſunt excommunicati. 182
Occupantes bona iura cenſus eccleſiaſticos, & piorum locorum arbores fructiferas incidentes, Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. & Bulla Cœnæ Domini ſunt excommuuicati. 182. & 189

Finis Tabulæ Cenſurarum.

INDEX TITVLORVM, QVI IN HAC SYNODO CONTINENTVR.

De Synodo Diœceſana. 1
De profeſſione fidei. 3
De Hæreticis, ac Hæreſis crimine ſuſpectis. 5
De magia, & diuinationibus. 7
De Doctrina Chriſtiana. 10
De ludi magiſtris. 12
De prædicatione Verbi Dei. 14
De Prædicatoribus. 16
De Blaſphemia. 21
De reliquijs ſanctorum, & de ſpectantibus ad ſanctorum cultum. 23
De feſtorum cultu. 29
Feſta in Ciuitate, & Diœceſi Compſana ſeruanda. 32
De ieiunio. 34
De Sacramentis, & eorum adminiſtratione. 38

De

Digitized by Google

De Baptiſmi ſacramento. 40
De ſacramento Confirmationis. 47
De ſacramento Euchariſtiæ. 51
De ſacramento Pænitentiæ. 64
De ſacramẽto Extremæ Vnctionis. 74
De ſacramento ordinis. 82
De ſacramento Matrimonij. 90
De vita, & honeſtate clericorũ. 102
De ſacrificio Miſſæ. 120
De diuinorum offic. celebratione. 134
De punctatorum officio. 141
De ſepulturis funer. b. & exequijs. 144
De Regularibus. 150
De inuẽtario bonorum eccleſiaſt. 153
De Monialibus. 154
De Seminario. 158
De officio Parochi. 159
De iudicibus Synodalibus. 165
De examinatoribus Synodalib. 166
De teſtibus Synodalibus. 167
De forma ſcribendorum librorum eccleſiaſticorum. 170
De caſibus reſeruatis. 178
Decretũ Conc. Trid. in vulgarem linguam tranſlata.
Decreta de reformatione Matrim. 185
Decretum eiuſdem Concilij contra illos qui cogunt, aut impediũt puellas in monaſterium ingredi. 187
Decretũ eiuſdem Conc. cõtra eos qui inuitos matrimonio iũgi cogũt. 188
Decretum eiuſdem Conc. Trid. cõtra occupantes bona Eccleſiæ. 189
Decretum eiuſdem Trid. Conc. de ſoluendis decimis. 190
Conſtitutio Pij V. de monialium cuiuſcunq; ordinis, & relig. clauſura in linguam maternã tranſlata. 190
Conſtitutio eiuſdem Pont. cõtra moniales, e clauſura egredientes in vulgarem linguam tranſlata. 194
Conſtitutio S. D. N. Clement. viij. de munerum prohibitione vtriuſque ſexus religioſis facta in vulgarem ſermonem tranſlata. 197
Conſtit. Pij iiij. de ordinatione, & promotione doctorũ, & aliorum cuiuſq; artis, & profeſſione facienda p quoſcunque ad aliquem gradum promouendos, & ad lecturam, & cathedras electos. 203
Conſtit. eiuſdem Pont. de forma fidei profeſſionis emittenda à præfectis eccleſijs Cathedralibus & ſuperioribus, vel beneficijs curam animarum habentibus. 207
Conſtit. Pij V. de ijs quæ obſeruare debent Medici, in curand. infirm. 210
Conſtit. eiuſdem Pont. contra non recitantes horas Canonicas. 212

FINIS.

Errores corrigendi

Scandoloſos pag. 13. ver. 5. lege ſcandaloſos. conducendæ pag. 16 ver 1. lege conducẽdi, quis pag. 42. ver 46. lege quia, eitam pag. 46. ver. 6. lege etiam, confeſſarius pag. 54. ver. 22. lege confeſſarijs, anni poſtremum pag. 89. ver. 21. lege anni inter poſtremum, deuentientur pag. 92. ver. 4. lege denuntietur, connubij pag. 92. verſ. 8. lege connubio, profetæ pag. 120. ver. 19. lege prophetæ, id dies pag. 132. ver. 16. lege is dies, vt cum birreto pag. 134. ver. 19. lege & cum birreto, ſeſſ. 24 pag. 189. lege ſeſſ. 22.

Imprimatur. Hercules Vaccarius Vic. Gen. Neap.

Rutilius Gallac. Can. Dep. vidit.
M. Cherub. Veron. Aug. Theol. Cur. Archiep. Neap. vidit.

9A
E
10

VA1 1528222

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

162
B
32

Digitized by Google